

ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE



A-5  
154 b

# CHARTREUSE de **MONTELLO**

✧ Sainte Marie et Saint Jérôme ✧

( PROVINCE DE TOSCANE )

---

CHRONIQUE

---

*Manuscrits du Ven. Père Dom Palémon BASTIN*

# Cartusia

Sanctae Mariae et Sancti Hieronimi  
de

Montello Fundata

Anno 1319.

---



1° Chronica Domus ab anno 1320 usque ad annum 1419  
ab

Antonio De Macis professo domus conscripta.

Venetis ... Haecolta Cicogna ... Codice membranaceo  
seculo XVI° ... Macis ... N° 1067.

---

-1-  
c.1. Incipit quaedam chronica Domus  
seu monasterii hujus Montelli Carthusiensis  
Ordinis

(Præfatio) n'est pas dans le texte.

Quoniam ut scribitur Ithobie XII sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est, non immerito sacra obedientia patris cogente sequens a me pauperulo, suffragante Divina clementia, calamo licet rudi excruciatæ opusculum, ut clare detur intelligi posteris atque studiosè legentibus, a quantæ pueri nostri parentes penuria, ne dixerim pœnuria, ceperint peti Divina fiducia, hanc Deo pueri que hominibus gratissimam, solitudinem, celere, et ad quantam, nunc gloriam respectu principii, qui mundi machina virtute verbi fabricavit altissimus non in cassum provenerit - ut jam patet. Nam nisi Dominus edificaverit domum in <sup>montem</sup> quod psalmigraphus interiore videlicet que fabricatur spiritali, in vanum haud dubium laborant qui edificant hanc terrestrem et manufactam. Hunc gemmatulum quem et vulgo Montellum vocitant ut sane cognitio ille qui quondam digito in monte syna sancto moysi igneam legem descripsit, qui que prefinito tempore nostre toga mortalitatis indutus, apostolos doctores verba celestia, qui que patrem oratorum montem conscendit ut legimus peculiari quamdam elegit clementia, ut ex ulsis figuratè infructuosis tortuosisque sibi arboribus, celestes plantaret arbores, congruo reddiderat uberimos fructus tempore, odoriferos que vistantem, Non solum hominibus sed supernis civibus angelis que agminibus, quibus nostre salutis commissa est Divinitus cura provida atque cotidie conjuncti <sup>uniti?</sup> psallentes Deum, hymnidicis laudant choris. Ad hoc enim hec fabricatur domus terrestis, ut abscondatur <sup>hanc</sup> honor exterior a tumultibus seculi, discatque interiorum domum non manufactam Deo preparare solite conscientie pure. Nam sicut corpus nostrum, taberna-  
-culum

culum dicitur in <sup>incipit</sup> quod Bernardus in quo militamus, sic conscientia nostra vocatur domus in qua post miliciam, requiescimus, et ille recte militat qui per miliciam, quam exercente in corpore domum hœdificat conscientie, Alioquin quod prodest obscuro exteriorum, his claustris materialibus, coere hominem, censuraque rigide religionis componere, si interior omnino labens sperto amatore celesti in eius manu strenue militancium, corona consistit premii, foris vagetur per seculum, noxiis que affectionibus fœdissime laceretur? Summopere igitur studiamus ex consideratione huius terrestri fabricata domuncula, sic proprie conscientie domunculam, adaptare, ut digna fiat habitatio trinitatis. Nec illud cadat e mente quia hoc sonat inclusa carthusia quod carotusa, et illud demum, beatissimi cesarii terrificum, verbum, Venire quidem ad heremum, summa perfectio est, sed non perfecte vivere in heremo summa dampnatio est. Cum ergo celeste te inflammaverit desiderium, o mi lector, brachiisque dilectionis Christum tuum, astrinxeris, tunc memor benefactorum, in ipso videlicet familiariter secretoque colloquio, et pro eis sponso fidelissimo flammigeras preces funde, quorum sudoribus laboriosis sumptibusque, hoc tale tibi fabricatum, est monasterium, carthusiense doctatum aliis que tui similibus non in casum, hic <sup>ac?</sup> etiam, causa ductus ad hoc opus manum, mittere tunc compulsi, ne ingratitude visio imolati, super nos illud eveniat beatis-  
simi Gregorii dicentis: Nos qui ex oblationibus fidelium vivimus, si comedimus et tacemus, eorum procul debis peccam manducamus.

Caput Primum.

Incipit Cronica, et primo de <sup>vite vite</sup> viso somnio seu revelatione Beate Virginis heremum, cepit colere.

1320. - Anno igitur Domini nostri Iesu Christi æterni M:cccc:xx:, Fuit vir quidam Johannis <sup>us?</sup> nomine, de partibus sancte Juliane de Tassa, simplex valde ac timens <sup>dominum</sup> ~~dominum~~, tenuis in scientia, sed dives in sapientia pauperum quidem gerens vitam, in seculo cupiens ditari in regione celesti, Qui cum in preclara civitate Veneciarum, habitaret ut hospes, cepit  
intra se

intra se altissimo inspirante prudentissime cogitare, quod esset mundus  
 hic qui tantopere ab hominibus coleretur. Et ut cognitio adertit sagaciter  
 mundum hunc in quo homines delusi infelicissime tantopere delectantur  
 nil aliud esse, quam campum, Dyaboli, temptationum palestra, officinam  
 malorum, et fabricam viciarum. Imo vero ut ejusdem, faceti sequer<sup>or</sup>  
 sententiam, mundus iste nil aliud est quam immundissima sentina  
 turpitudinum, fallax viscus testis leticia falsum gaudium, exaltatio  
 inanis, arca tribulationum, locus miseriarum, naufragium veritatis,  
 malorum fomes, incentivum scelorum, iter cecum, tamesis allebratus,  
 saltus insidiarum, carcer horridus, scena iniquitatum, arena labo-  
 -rum, theatrum inhonestatum, spectaculum delictorum, horribile preci-  
 -pitiu, domus anxietatum, mare turbidum, vallis calamitatum,  
 erumpnarum domicilium, speculum vanitatis, corruptio mentium,  
 laqueus animarum, parens mortis, infernus vivencium, et aggregatio  
 caducorum. Unde merito ipsum optavit consulte deserere, et ad floridum  
 sinum quietissimumque solitudinis pervenire. Quapropter cepit ins-  
 -pirante spiritu almo toto nixu<sup>u</sup> mentis deprecari altissimum, quatenus  
 sibi dignaretur locum optatum attendere ubi posset melius premissa  
 deducendo conceptum desiderium, sanctumque propositum, adimplere.  
 Perseverante itaque illo in premissa fervida flagitatione non defuit  
 solitum similibus celeste auxilium, sed juxta promissum veritatis.  
 Petite videlicet et accipietis, pulsate et aperietur vobis. Per somnium  
 namque doctus est quod agere deberet indubie. Videbatur namque  
 sibi quod esset in quadam, vallycula, que tricem ponium dicebatur,  
 in nemoribus larvisinis ubi tamen nusquam ante fuerat, vel  
 etiam audierat aliquando, cumque vir Dei timeret provide somniis  
 c. 2. applicare pedem, quavis hoc sompnum viri animum crebris conci-  
 -tasset, audierat forsitan illud sapientis, quoniam multos errare percurrunt  
 somnia, et differebat ut melius rem probaret. Quadamigitur  
 nocte cum post orationem solitam, lasso corpori necessariam, quietem  
 indulgeret

indulgeret, visum tibi fuit non Delusorie virginem beatissimam attulisse  
 Mariam eique dixisse: Johannes surge ne timeas visionem implere, sed i-  
 securius ad vallam tibi pluries per sompnum jam ostensam ibique mane-  
 -bis. Hæperfactus itaque de visione jam certus, optabat diurnam lucem  
 adesse vicinis, et tectis fugatis tenebris pergeret ad locum celitus prenotatum.

### Caput secundum

Quomodo vir ille habita visione ad partes istas sollicite  
 pervenit quesiturus locum præfatum

Mane igitur facto in luce surgentis aurore letus de visione celesti mi-  
 -chilque dubietatis in eo amplius remanente vestigio, cepit ire scienter nes-  
 -cius et sapienter indoctus. Appulitque Dei suffragante auxilio in villam  
 proximam ipsius Montelli que Seresia vocitatur. Ubi dum acolas ville  
 de valle præfate cautissime arideque rogasset paululum, interese congruentes  
 qui aderant, dixerunt ipsam esse in nemore Montelli. Tunc ille obnixè instat  
 -bat precibus ut aliquis eorum comes itineris fieret atque (vici) index. Illi  
 autem more ruralium et vite solitarie dulcedinem hanc dubium inexpecti,  
 ceperunt ipsam curiosius pulsare sermonibus, si ire cupientes causam adventus  
 ejus. Cumque jam celare minime possent illis que desiderium cordis sui mani-  
 -festasset, propalasset, tres juvenes illius precibus annuentes, duxerunt hominem  
 ad vallam optatam. Ubi relinquentes ipsum, et habitacionis horrore proissi-  
 cum admiratione magna remearunt ad propria. Nec mirum. Hæc namque  
 ipsa vallis horribilis visu nimis et concava, et veluti baratram circumdata  
 cavernis et rupibus, ascensum et descensum difficilem habet et pene inac-  
 -cessibilem hominibus solis feris apta et pervia. Unde et lupi per singulos  
 annos forebant catulos necnon sub sentibus habitabant serpentes. In hæc  
 tamen valli culca tres fontes dulcissimi perspicuas fluent aquas que quidem  
 in ipsa <sup>in a (vally)</sup> valle efficiunt, nec aliorum derivari possunt. Præfatus igitur hospes  
 confortatus in domino, sub quadam rupe in latere valli culce habitaculum fabrica-  
 -vit, in quo solus se cum habitans, per magnum tempus radices herbarum  
 sibestium eidem parcissimum, præbebat esum, et fœnicum <sup>fluenta (vally)</sup> flucta situm,

item, donec madentibus aliquibus maxime quodam sacerdote, consentiret oblatum sibi panem cum domini benedictione suscipere pro magnis deliciis celsitas sibi missum reputans et deo gratias referebat.

Capitulum tertium

Quemdam circumvicini conuenit visitare, ut inuenit  
de Sodalitate Franciscana.

Revoluto feliciter aliquot tempore ascendit in conuicium aliquorum virorum qui optime  
not. 2. nov erant servum domini habitare in nemore gratia caritatis visitationis solatium adhibere. Venientesque ad locum invenerunt ipsum in prefata valli cula sibi ut prefertur habitaculum fabricasse, cernentesque viri accensum in domino solidumque propositum admodum edificatum remeabant ad propria. Unde factum est ut ex circumadjacentibus villis persone devotissime ipsum crebrius visitarent. Diu autem cum jam sub dicta permansisset rupe, quodam nocte somno reficiente corpus eburnum revelationem est ei quod rupis que super habitaculum ejus naturaliter eminebat, deberet omnino cadere. Cumque exprophetas de habitaculo exiisset prefata cecidit rupes calida provisione maligni hostis. que quidem eis que nunc ex parte ibi jacet postquam anno domini 1414 in quamdam v. oraginem protinus obstaculo in fundo valli cule preparato, facere cupientes pro caritate gratias denique altissimo viro domini referens pro sui provida liberatione parvum domum in parte sibi construxit tugurium in quo per totam vitam habitavit. Interea crescente fama viri clara in regione propinqua pervenit usque ad inclitam Venetiarum urbem ubi tunc quidam sub heremice habitum morabatur Johannes nomine natione lucanus, qui et multum ad sinum quiete solitudinis gestierat habitare, multaque hinc inde ob hoc lustraverat habitacula solitudinis, sed nondum sui animi desiderium quietis erat adimplere. Audita itaque fama preclara Johannis concito gradu cum duobus sodalibus uno accenti desiderio ad virum dei solite pervenire. Quos quidem hilaris vultu et magna leticia suscepit ignorans prorsus illorum intentionem. At illi lustrantes tacite loci omnes aptitudinem, et opportunitatem, in tantum satisfecit eorum desiderio ut deliberarent omnino prefati viri socii velle fieri deoque ibi reddere fidelissimum famulatum, cumque

cap. 3  
nota

lingua unanimis nostris <sup>viro?</sup> <sup>vero (homily)</sup> Dei archanum sui pectoris propalasset, ille per-  
 -cussus janculo dicit mesticie, non quod invideret illorum soluti quod esset nefes,  
 sed quia cernit at se fraudari desiderio dilectae solitudinis multiplicatis sodalibus,  
 eis que contradixit ut potuit nec flagitantibus dulciter optemperare volebat,  
 malens prorsus secum habitare simpliciter, quam multiplicatis undecumque  
 discipulis, inimicus esse. Cernentes igitur predicti hospites immobilem propositum  
 viri, praeter Johannotus cum suis sodalibus extra vallivulam, super ripam  
 videlicet, abricaverunt mansionulas parvas, et habitabant ibi. Sed  
 Johannes cernens se frustratum solitudinis huius desiderio cepit clancule adven-  
 -tantes <sup>ruri</sup> rivicolas adjurare, ut illos de loco procul abigerent et se solum ut  
 prius habitare jurerent. At cum ad aures illorum Johannis pervenisset cona-  
 -tus atque intentio adierunt prospere ad magnificos et potentes viros ac Domi-  
 -nos lobertum, videlicet et Schinellam, fratres comites Carvisinos, quorum erat  
 possessio nemorum atque praefate vallivulae, petieruntque humiliter licentiam  
 habitandi. Qui non solum eis concesserunt (<sup>homily</sup> licentiam) habitandi in nemoribus  
 # c. 3. suis libere ubi vellent, verum etiam magnifica liberalitate, eisdem promit-  
 -erunt in victualibus suisque necessitatibus largiflue providere. Sicque postea  
 realiter impleverunt. Johannes itaque videns se omnimode praefati deside-  
 -rii huiusque propositi jam fraudatum, cepit <sup>homily</sup> cum praefatis) fratribus humiliter  
 conversari, divino reputans consilio esse factum ut postea dictis suis patri-  
 -bus patefecit. Interea fama ipsorum per circuitum crebrescente, cepe-  
 -runt et alii vite solitariae amatores ad eos gratia visitationis venire,  
 nonnullique praemissis fratribus adhererunt. Cumque jam octonarium  
 numerum adimplerent, invito consilio provide nemus evellere decreverunt,  
 ubi ecclesiam, monasteriumque possent construere, et futuris vicolis ha-  
 -bitationem aptissimam preparare. Incepto itaque palcastro pater Johes-  
 -notus, tali famine coram fratribus exorsus est dicens: In nomine Dei  
 nostri Ihesu Christi et eius gloriosissime virginis matris Mariae, ceterisque  
 respondentibus, Amen, cepit ligna infructuosa invidere, latumque spacium  
 preparare, quod quidem et ceteri prosequentes decreverunt, ut si res  
 cepit

cepta prosperum optineret successum *presente* Domino, monasterium ecclesiam  
 - que fieret in nomine ipsius gloriosissime virginis Marie. Nec mirum. Ipsa  
 enim locum elegerat cujus supra mentione prefatus Johannes admodum  
 confortatus accessit industrius habitare cum fratribus, Imo vero cum Deo. Sapiens  
 namque nunquam solus est, inquit beatus Teronians, habet enim secum  
 qui boni sunt, et fuerunt et animum liberum <sup>quocumque (modo)</sup> quomodo cumque vult trans-  
 ferat, quod corpore non potest cogitatione complectitur si hominum  
 insipia fuerit, loquitur cum Deo, nec unquam minus solus est quam cum  
 solus fuerit. -

### Capitulum Quartum

De recessu predicti Johannis de loco isto, et quomodo in  
 Domano vitam hanc finivit. -

Sed Johannes predictus abiciere cupiens amipere solitudinem solusque  
 ut jam dictum est cum Deo habitare secum deliberavit vale facere  
 fratribus qui aderant penes ipsum. Cumque jam vale dicto metatissimus  
 iter amiperet vir quidam bonus amicusque congregationis et ejus, de  
 tanti viri discessu dolens non mediocriter conabatur animum illius ab  
 arrepto revocare proposito, occurrens namque illi his vel similibus ver-  
 bis affatus est: cur, inquit, heu paudatur hec dilecta solitudo presencia tua?  
 Quid bonam possidendam ab alto tibi ostensam, de cetero accephalam Dere-  
 linquis? Quo properas pater metis relictae sodalibus? Aut quo pergere  
 cupis tanta boni post Dominum promotor? hece jam casto lab ore ut cerno  
 graviter attentus multis effusis preparata sudoribus, <sup>redigitur (modo)</sup> reeligitur nunc et  
 pines, et que speciosa piebat habitaciones devota, sit ferarum atque serpen-  
 -tium, heu pro dolor nidus. Quis enim rationis capax vel parum <sup>existat (modo)</sup> heritat,  
 quia te recedente relinquetur etiam a ceteris opus ceptum? Cui vir ille pro-  
 -pheticis haud dubium verba respondit consolans eum: Nequaquam, inquit  
 x. 3. Desolabitur amice locus quem innumerabilis? Dispositio Divina ad huius  
 precelegit et deputavit s eruitum. Sed me pergentes quo impetus deferet  
 spiritus, locus ipse palmites suos expandet crescentesque suos terminos dilatabit  
 sollicitur

Dal Catastico dei Castellani detto di  
Santa Maria e S. Giovanni del Monastero  
di Sesto di Treviso; - esistente nel r. Archi-  
vio di Stato in Venezia. —

Il convento è un vasto locale a due piani  
con tre cortili, nel centro del Sesto, nel  
mezzo di una protetta di campi 70, di coltura  
fame molto antica, regolare, ma in stato per  
altro cattivo. Vi ha un orto di campi due  
cento da un lato e dal fabbricato. — Il prato è  
di campi 20 posto all'ingiro del locale  
circondato dal bosco. — Tutto questo passò  
alla Confederazione vescovile il 27 febbra. 1811  
dietro decisione 8 giugno 1810 n. 16062  
della Direzione gover. di Milano per lire  
11892.50, e da questa rimesso ad alienarsi  
i materiali all'asta in favore di Niccolò  
Donnenico per lire 9550, dietro autorizzazione  
del Ministero di Finanze con dispaccio 15  
 febbra. 1812, con istruimento 16 giugno 1812 att.  
Martignelli G.D. —

Libri e fogli di detto Monastero esistenti nel  
r. Archivio di Stato;

---

1. Privilegia Cartusie Montelli in agro Terrifino a Ser.<sup>mo</sup> Majori Consilio concepta et ab. Excell.<sup>mo</sup> Sanctae Illustrissimae Prætoribus quædam et Inquisitoribus receptis et admissa, nec non hinc et terminatio, nec in partem ejusdem Cartusie a pluribus Magistratibus amantibus. - Venetijs. Typ. Bonelliana. 1689. - (Comincia dal 1636 19 Aprile sotto il priore di S. Andrea)
2. Grande carta topografica del Montello: Hieronymus Mercurius fecit 1556. 15. <sup>Blasius</sup> Leoni et Diego della Chiesa e monastero, nonché delle varie proprietà del monastero. -
3. Libri di Amministrazione
4. Ordini e Potenze
5. Atti relativi al abbate
6. Supplimenti di tegna, spenzioni di decime
7. Spenzioni di curati pubblici imposte e de imposti.
8. Testamenti. - Cause
9. Bolle - Spresamenti
10. Inventario antico delle possessioni, prospettive delle vendite
11. Inventario delle possessioni del 1600; vendite, processo per causa del Montello nella Repubblica.

12. Mifellanca

13. Segni di terra spettanti al Monastero  
sparte in vari luoghi. —



feliciter atque bonorum virorum Domino servientium fuit habitatio perfamosa. His diebus cepit ire quojam dixerat gressus sempiternam, ut existimo, mercatoris vitam. Hinc navim conscendens expansis que velis flante aura prospera sulcatis marinis aequoribus, ad quamdam pervenit insulam in partibus orientis. In qua cum appulisset pedemque posuisset, post annorum curricula, ab infidelibus captus est, ut patribus est relatam, dumque fidem Christi teneret immobilis, vitam hanc infelicem, plenamque amaritudinibus perdidit et celestem cum Christo captavit. -

Caput Quintum.

Quomodo Deus misericorditer fratribus qui remanserant providebat, et de domino Moarcho vicari hospitalis sanctorum Petri et Pauli de Venetiis. -

Frater igitur qui remanserant licet ex recessu viri prefati plurimum fuerint contristati, non tamen destiterunt ab incepto jam opere, sed proficiebant juvante Divino auxilio per manus multorum in anime venetorum. Inter quos fuit vir vite et fame clarissime Moarchus nomine, qui prebebat hospitali sanctorum apostolorum Petri et Pauli de Venetiis. Qui quondam fuerat famosus apothecarius in civitate prefata, hic Dei acensus amore precipuo, ad servendum Christo in his membris, totis viribus se laudabiliter contulit in hospitali prefato. Is namque predictos fratres visitabat interdum, eis que <sup>revera</sup> necessitatibus manuum <sup>d'opulenter (h.)</sup> dampniter porrigebat. Unde pretermittendum non puto qualiter vir Dei servis altissimi <sup>(in)</sup> quadam inopia que eam illis evenerat solliciter ministravit. Quodam namque tempore famas valida regionem oppresserat tarvisinam, et fratres inde non mediocriter ceperunt egere. Congregati que in unum fratres Johanne Otto qui quodam pater illis prebebat sic dixerunt: Ecce vides quia nos valida famas atque inopia opprimit, et non est qui de nobis recogitet manus que porrigat sustentaticem. Ut quo <sup>id est</sup> casto labore contumimur, sedemus hic non habentes esca? Nonne melius est ut unusquisque pergat quomodo cumque fert animus vel de fortuna ejus perduxerit et vivat, et non hic <sup>vel quo spiritus ejus perduxerit et vivat (Thom.)</sup> guariva

ignavia et fame tabescat.<sup>19?</sup> His namque fratrum querulosis sermonibus ut bonus paterfamilias excitatus apologetico famine dixit eis: Non turbetur cor vestrum, fratres neque deficiat in hac parva probatione, sed anchoram spei nostrae firmemus in Domino cui servimus, quia potens est mens anserare servulis suis etiam in deserto. Si enim ipse dat jumentis escam ipsorum, et pullis corvorum, invocantibus eum, quanto magis nobis rationabilibus et sperantibus in eum? Nonne ipse dixit: nolite soliti esse vobis quod manducetis aut quod bibatis, quoniam scit pater noster his omnibus <sup>(vobis)</sup> indigere? Videte fratres ne forte ut quondam israeliticus ille populus in deserto tentemus Christum ne forte irascatur nobis et pereamus, de via justa. Labibus vel similibus mentes fratrum adhortabatur sepius monitis, flamigerasque ut puto Domino propinabat preces, quatenus oculos plecteret tuae misericordiae, aspiceretque <sup>(Clementis (2<sup>o</sup>))</sup> clamantes ne inopia sic oppressi deficerent, aut <sup>(temptatione (2<sup>o</sup>))</sup> serena temptatione populi locum desolatam desererent et fieret habitatio serpentium et ferarum. Imo alescente tamen fame, fratres ut supra pluries repetebant, sed pater Johannotes reciprocis consolabatur verbis. Eamque videns et ipse quod nondum auxilium aliquod altissimi appareret, in spe concepta praesumptim <sup>(mihi)</sup> ut homo, premissis fratibus his verbis vel consimilibus est affatus: In fratres habemus ut cernitis usque ad talem diem annonam sustentationis, expectemus igitur humiles usque ad diem illum si forte misertus Dominus nostri aspiciat <sup>(et. 1<sup>o</sup> 1<sup>o</sup>)</sup> Clementis oculis necessitatem nostram, et mittat suis servulis necessitatis et inopie supplementum, et si quidem miserit bene, sin autem, pergat quisque quocumque fert animus tantum a Domino ne discedat, et interim prosternamus preces humiliter ut Dominus quod sibi bonum et rectum videtur faciat, nec nos <sup>(non (2<sup>o</sup>))</sup> supra vires temptare permittat. Favent ceteris et constitutam praestolantur diem. O infida et ceca humana presumptio, imo vero presumptiosa procius bestialis que temeritas! Audierant forsitan hi simplices Oziam quondam dedisse populo terminum quo Domini auxilium expectarent. Iudith videlicet VII. sed minime id quod salubrius intelligente subditur perlegerant. Non est illi

inquit Tuditā, sermo qui misericordiam provocet, sed facies iram incitet  
 et furorem accendat. Postmittis et vos o pauperculi tempus et quondam illi  
 miserationis altissimi, et in arbitrium vestrum diem constitistis ei. At  
 quia paciens est et ejus clementia superari non potest, constantes estote,  
 et videlicet auxilium omnipotentis celerimum super vos. Scit enim quia  
 opido indigetis nec <sup>permittat (h.)</sup> dimittat temptari vos supra vires. Spiritus quidem promp-  
 -tus est caro autem infirma. Nocte igitur praesidente superius constituto  
 die, erat ipse prior hospitalis praefate quiescens in strato suo, et quasi  
 manu Domini pulvis exergo factus a sompno cepit intra se de fratribus  
 cogitare praefatis et dicere: Quomodo heu putat moment heremicolle  
 illi? Putas ne maneant ibi oppressi penuria? he bene miser variis  
 repletus epulis optimis que lectisterniis sepultas quiescis mellis egens  
 et servuli christi forte in nemore fame opprimuntur atque penuria,  
 hya famule Dei exime nunc heremicolarum penuriam, exime animarum  
 dispendium, exime tant boni disturbium. Cellus tue mentis hactenus divino exulta  
 vomere tripulum subito prorumpat in fructum, ut ex uno famelicorum sicutur inglu-  
 -vies, ex secundo animarum erimatur dispersio, et ex tertio loci recuperetur cons-  
 -tructio. Numpe morulas, pie pater, opus pacifica tripartitum, ut videant immo senti-  
 -ant pauperes, se post antea hactenus derelictos, et glorificent totius boni Datores,  
 Patrem tuum videlicet qui in caelis est. Dum igitur de fratribus pater ipse sic solite  
 cogitaret, anxialiter plurimum expectando lucem, consurgens aurore; et cum  
 luce splendigena tenebrarum caliginem vix effugasset a terra, acersito fidei  
 nuncio ei prebuit in mandatis: Festina, inquit, cives, perge que stant illum,  
 fratres que nostros visitans cum bladis et leguminibus occurre oppressis, et quicquid  
 eis necesse cognoveris, frugaliter ministrabis. Festinat nuncius, pergit ad desola-  
 -tos atque mestissimos et in omnibus tui Domini complevit iussa. Hinc pater  
 § 1. 42. Somps erunt vires in Domino, videntes ejus subleramen celerimum, et gratias  
 egerunt cum lacrimis, quia non permisit gressus ipsorum ut agas efficere, dum judi-  
 -ciantissimis spiritibus pulsarentur. O alma paterque celsique Dominator poli, in  
 cotidie humana experitur fragilitas, tue potentie miserationes, non enim Descri-  
perdumentis

aliquando  
aliqui (b.)

prementes de tua misericordia licet ad correctionem facinorum, aliunde se reputent  
 delectas. Multiplicati denique patres numero, nemus evellere aptissime, et in  
 pratis florigeris redigebant. Leras sulcabant vomere, arbores fructiferas vitesque  
 plantabant. <sup>edificabant</sup> Redificabant domunculas insuper et casas apibus fabricabant. Redifican-  
 -verunt quondam ecclesiam atque cellulas ad instar monasterii, omnia tamen  
 de lignaminibus latis et palliis more pratis cellorum placebant que opido adventan-  
 -tibus devotissima opera predictorum.

### Capitulum sextum.

#### De combustione villi loci et dispersione patrum.

In diebus illis non erat lex vis sed unusquisque quod sibi bonum et rectum crede-  
 -bat, opere adimplebat. Eodem tempore in civitate Carvisii <sup>congregabantur (b.)</sup> preulabatur bone memo-  
 -rie reverendus pater Dominus Petrus Paulus, qui licet de bono fratrum vel de gra-  
 -tularatur proposito, tamen eidem hemisphere displicebat quod supra fundamentum,  
 obedientie non erat ipsorum propositum solidatum, multorum quippe cepisse est,  
 sed ad culmen pervenisse paucorum. Unde accessit ad se monita salutaria dedit  
 eis, quatenus iugo sacre obedientie colla submitterent ostendens eis clarissime,  
 quia ipsa sola virtus est, que menti virtutes ceteras inserit, insert atque custodit  
 iuxta dictam beati Gregorii, ipsaque victimis jure preponitur. Per victimas  
 namque aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Legerat  
 forsitan antistes bonus, quod nec studium bone actionis, nec ocium sancte contem-  
 -plationis, nec lacrima penitentis oratio Bethaniam esse poterunt juxta Bernardinum,  
 que obediens interpretatur sive obedientia. Hujus denique patris aliorumque bonorum  
 virorum, imitacionibus patres decreverunt vinculo <sup>(sive) hanc</sup> sacre obedientie regulam  
 .. que beatissimi Augustini profiteri feliciter, sub qua<sup>am</sup> de cetero Christo jugiter  
 militarent. constitueruntque dicunt celebrem in qua sollemniter habitum unifor-  
 -mem, susciperent, et fratrem, Johannem sibi in patrem, et amicum, pastorem  
 preficerent, eidem, ut moris est, obedientiam promittendo, hanc enim omnes patres  
 hujus propositi viri duodecim, et necessaria <sup>(ad vitam professionem) hanc</sup> preparabant. Interim spectabiles et  
 magnifici Domini comites prelibati Colbertus videlicet et Schinella, pro stabilitate  
 et libertate monasterii, donationem, pecuniam, centum, <sup>comprocurant</sup> memorie

nemoris in quo prefatam monasterium de riminibus erat constructum, et  
 pro substantatione aliquali <sup>aliquali (sum)</sup> dictorum 111 centum libras dederunt nihilominus  
 in dicto monasterio. Sed is qui semper advertatur in bonis propositis  
 cunctis athletis Dei, non equis aspiciens oculis se ex aequo stimulatus invidia  
 § c. 5. timens ne forte an achoretharum ordo quondam florigerus in his occident  
 partibus pullularet, arte sua ut puto molitus est bonum opus destruere, et ad  
 nichilum reddigere Christi plantationem. Omnibus denique provide preparatis  
 appropinquabat dies quo lucescente habitam suscipere decreverant ut est dictum  
 panemque necessarium <sup>fuso?</sup> profecto hilariter preparabant. Cumque cibarius  
 calefieret pro coctione panis, subito flamma consumptrix inde egrediens mo-  
 nasteriumculum petiit penitus que redegit in pulverem. Sicque leticia fra-  
 -trum, conversa est in <sup>tristitiam</sup> qua absorti, locum desolatam cum sacri-  
 -mis relinquentes, ab invicem recesserunt Domini disponente <sup>puto</sup> clementia;  
 paulo ante quamdam inchoaverant pratae seorsum <sup>in g. (m.)</sup> tegetem quam quidem  
 consumptrix flamma non tetigit, quia remota erat a monasterio, pro ani-  
 -malibus retinendis. In qua quidem, ceteris discedentibus, qui fuerant pre-  
 -electi a Domino, spe repleti Divine clementiae, frater videlicet Johanus  
 et Vendraminus de villa Suligi (Biligi nunc) patientissime remanserunt, et  
 ut <sup>opinor (m.)</sup> cognitio in suis meditationibus flamigeris singuli adversus iniquitatis  
 filium, erecti feliciter pluries sic dicebant: Nil proficis crevata bestia et  
 perditor animarum, concepisti livorem invidie et peperisti iniquitatem.  
 Sed num propter te sceletta relinquetur Divina plantatio? Abinime. Nam  
 si consurgant adversum nos castra non timebit cor nostrum. Et si indu-  
 -xerint adversum nos prelia in Deo nostro sperabimus confortari. Nam  
 et si viminea te instigante peralis bestia, flamma combussit <sup>tuy...</sup> teguria, nunc  
 adjurante Altissimo, de vivis lapidibus construemus locum, gloriaris por-  
 -sitam de fratrum dispersione, sed ille qui potens est suscitare de lapidibus  
 -perditis <sup>medicis (m.)</sup> viros israelitas, conducet undique ad locum aptissime prepara-  
 -tum, ut inde collocet cum principibus in sedibus, unde tu nequissime  
 adversus creatorem tuum superbiendo visisti. Perficientes igitur ceptam  
legentem

tegebatam habitaverunt in ea. Et resumptis in Christo viribus cepit iterum frater Johannotus hinc inde congregare fratres. Sicque de cetero paulatim construere de lapidibus omnino disposuit <sup>quos (hij)</sup> que prius pauperime de rimisibus fecerant magnam in Domino spem habentes. —

### Capitulum Septimum.

De procuratione sumptuum <sup>uum?</sup> ad constructionem, et de titulo ecclesie per larvisinum presulum ordinato; et de fundatore ecclesie.

Habuit (abit) itaque frater Johannotus Larvisinum procuratorem impensas, et erat tunc temporis sacerdos quidam de plebe cusignana (Cusignana, hunc) rector ecclesie sancte Agnetis in suburbanis Larvisanis, vita et fame laudabilis juxta communem vocem Dominus Johannes Riccius nominatus. Is namque audito fratris proposito laudavit quidem atque subsidium eidem promisit dicens: Confortare in Domino frater quoniam minime tibi auxilium Dei largifluum deerit, cum ceperis manum mittere ad opus laudabile prout dicis. Ecce enim de mea substantia in constructione ecclesie offero libras parvomus centum. Similiter quidam Dominus Nicoletus vicarius Domini episcopi Larvisini promisit totidem se daturum, sed tamen in promissione defecit postea. Frater tamen Johannotus excitatus promissionibus quibus <sup>super?</sup> adit festinus ad presulem, habens comitem<sup>?</sup> et consocium predictum vicarium petivitque licentiam posse in memoribus basilicam fabricare, cumque astarent coram antistite, et de titulo ecclesie tractarent, instabat ipse vicarius devotis precibus, quantum poterat, ut in nomine beati Teronimi fundamenta basilice ponerent. Nam ut fertur devotissimus erat ipse doctoris eximia. Et contra frater Johannotus ait dicens: Noverit, inquit, Domine vestra paternitas quod ab exordio illius plantationis, titulum beate Virginis sumpsimus ejusque nomini dedicavimus locum quoniam ipsa elegit locum unde videtur injuriam sustinere talis tantaque patrona si titulus auferatur ipsius ut alius erigatur. Cumque prefatus vicarius ex adverso instaret et iterum quod expiebat optinere omnimode, frater Johannotus repli-  
-cabat

4052

- cabat premissa et visionem primum Johannis rationaliter proponeret.  
 Sicque uterque pie licet ante presulem contendebant de facto, <sup>th. 2. (2.)</sup> moramque  
 traxerunt usque ad vesperam. hunc sacer presul apud se volebat tantis pe-  
 - titonem ipsorum, et morens <sup>more (h.)</sup> sapientissimi Salomonis, erigunt se sic fieri exor-  
 - tus est: hic dicit ut basilica in honorem, beate Virginis fabricetur; Alter vero  
 non, sed in honorem, beatissimi Jeronimi constructur. Non de dignabitur Virgo  
 beatissima talem, in tenui possidere sodalem, quem jam in celis gratia filii  
 nascitur <sup>if (h.)</sup> gaudere habere consortem. Fiat igitur ecclesia in honore amborum,  
 beate Marie videlicet beati que Jeronimi, et sic implebitur servens amborum  
 peticio. Placuit dictum, episcopi cunctis astantibus et approbaverunt decretum.  
 Accepta igitur licentia cum pecuniis presule presbiteri prater Johannotus  
 reversus est ad heremum. Et quia casus premissi vexaverat infestissimi men-  
 - tem ejus, decrevit provide prestantiorem, ad invenire locum foundationis  
 dicte basilice non tamen longe a loco exulto, et latiore capere terminum,  
 non incassum. Cum igitur socii fundare vellent ecclesiam ubi prius favem-  
 - tibus etiam aliquibus amicis, solus prater Johannotus in arripito proposito  
 immobilis persistit opinionis videlicet construendi basilicam ubi nunc cerni-  
 - tur Domino inspirante. Ipsius namque nutu fiebat non dubium ignorantibus  
 ceteris consilium provide dispositionis ejus pro tanto monasterio more  
 futuro. Et ideo aliis plurimum renitentibus fratribus, prevaluit ipse Johan-  
 - notus. Nam si alibi fundamenta jacta essent ecclesie, haud dubium  
 quia in hac solitudine monasterium ordinis propter loci hujus circumcavi  
 arctitudinem minime constitui posset, ut patet. -

### Capitulum Octavum.

De fundatione ecclesie et beneficiis domini presbiteri Johan-  
 - nis Ricii memorati; et quomodo prater Johannotus <sup>optulit</sup> ecclesiam  
 et locum <sup>primo (h.)</sup> fratribus sancti Mathie de Muriano. (Murano. hony)  
 1340. - Anno igitur M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XI<sup>o</sup> fundata est basilica hujus monasterii ad  
 fundatio honorem Dei et beatissime Virginis Marie gloriosissimeque Jeronimi doc-  
 - toris erimini. Primumque fundamentorum lapidem, posuit magnificus  
Domini

Dominus Dominus Schinella comes Carviti et Dominus Castellus sancti Salvatoris  
 cum leticia et devotione. lapsus aqne pecunia supradicta presbiteri Johannis  
 Ricci, optulit hyperiter alias centum, libras. Putabat enim, idem athleta Dei  
 ¶ c. 6. parvam fabricare parvicolorem, more Basilicam, seu Devotam parvam que  
 oratorium. Nulli enim archaneum, sui pectoris pater Johannes communicaverat,  
 volens ecclesiam, more camaldulensium ad instar beati Mathie  
 de Merisano perficere, et ordinem ipsum in his nemoribus inchoare, ut patet  
 infra. Videns itaque dictus presbiter Johannes Riccius ex memoratis pecu-  
 niis non quantum putaverat fabricasse, fuit non mediocriter consternatus,  
 presertim quia ejus parentes et amici quam plures eidem increpatores immo  
 et Derisores conincubant modo. Hic a. inquit, pater ut quod caso Deside-  
 rio pecuniam nostram perditis in nemoribus illis calvis, Deceptionibus fra-  
 tricolorum ductus? Nonne melius servasset pecunias egenis atque pauper-  
 ribus erogandas quam <sup>in an. in off.</sup> fratribus illis speluncam construeretis latronum?  
 Quis putas habitabit in abditis illis? Lupi forsitan alique fera silvarum,  
 annon cernitis illos quos tanto affectu colitis instabiles esse atque giro-  
 vagos? His et similibus verbis viri <sup>comprimere legit (h.)</sup> animum ministrabant, sicque  
 viri animus in pendulo positus, quod magis eligeret ignorabat. Dolabat  
 siquidem, prefatam pecuniam caso Desiderio amississe, verumque infructuose  
 alias predictis erogare timebat. Interea bonorum omnium Dominus auctor  
 tor (hujus operis. v. 200) quibusdam, stimulus cor viri sulcabat et hereditatis <sup>segetem (h.)</sup> semente  
 largimode seminabat. Unde factum, est ut vir Deo plenus paululum retractam  
 manum validius prefatis fratribus porrigeret adjutricem. Sed hec tervis  
 luminibus ille antiquus humane salutis hostis aspiciens, non in longum  
 quiescit, sed nunc pusillanimitatis stimulus, nunc ineffabilis tedio cor viri  
 Dei agitare non mediocriter cepit, ita ut ab ineptis omnino Desisteret.  
 Nec mirum, nulla sunt enim sine temptationum experimentis opera vir-  
 tutum, nulla sine perturbationibus fides, nullum sine hoste certamen, nulla  
 sine congressione victoria. Temptamus enim, ut patientia nobis probatio-  
 nem, probatio spem, spes vero caritatem generet. Rursus enim igitur flamma caritatis

A compendioso al. in manu... potestatem extendit, delinquitur formam...  
 dicitur in an. in off. etc.

caritatis accensus igne, in constructione prefata necessaria ministrabat. Siqua factum est ut infra quinquagium, predictis fratribus Dedit pro Dicta basilica duo millia et ducentas libras. Et pro constructione unius formacis que retro monasterium versus montes esse solebat, libras ducentas parorum. Cumque jam prope esset ut ecclesie parietes compleri Deo adiuvante deberent, precessit frater Johannotus ad fratres sancti Mathie jam dicti, et archanum sui factoris exponeret coram priore dicti loci. A quo susceptus dulciter suam aperuit propositionem, et ille parit petitionibus antedictis promittens firmiter se miserum fratres ad manendum ibi. Cui igitur promissione reportatus rediit, nunciavitque factum Dominis quibus ipse memorato Dominis que comitibus, necnon fundatori seu fabricatori ecclesie et amicis multis. Gaudent omnes vehementissime de adventu tantorum fratrum quorum fama erat tunc celeberrima in his regionibus et sanctissima vita, cepit que diligentissime procurare que merito necessaria putabat ad susceptionem, dictorum fratrum. —

1663

### Capitulum nonum.

Quomodo propter maximam pestem fratres sancti Mathie removerunt locum recipere, et frater Johannes convertit se ad Ordinem Carthusiensem. —

In tempore illo magna pestis grassabatur in populis universi orbis, non quidem simul, sed nunc istam nunc illam provinciam vel civitatem vastando. Que usque hodie magna mortalitas nuncupata est propter excessum. Accidit denique ut interim in eandem civitatem, Venetiarum sese invaderet et loca propinqua, unde maximam populi partem, utriusque sexus extinxit. Cumque frater Johannotus que necessaria fuerant preparasset et reversus est illico ad memoratam priorem sancti Mathie pro fratribus jam promissis. Cui prior mestissimus lacrimabiliter illi dicit: Que promisi frater jam reddere nequeo quoniam ut ipse cernis omnes morimur et loca plurima possidemus que cultoribus egent. Opido rogo te pacienter pertos excusationem meam quia nemo jure cogitare extra vires, his auditis et probabiliter vidis non medio ceter est mestitia consternatus, vides

se a tali desiderio fraudatum. Regressusque ad propria, quos prius letificaverat, gratulabunda promissione nunc magna prostravit metuetia ex utraque dicto. Inter-  
 -rea frater Johannotus instabat precibus apud presbiterum memoratum pro eccle-  
 -siae complemento, ut ille se frustratum omnino credens desiderio suo renuebat expendere  
 pecunias suas in casum praeterea Johannoto repulsam dare omnimodam verabatur,  
 unde querit ab at dilaciones sub promissionibus licet calvis. Eandem frater Johanna-  
 -tus jam victus tedio cessavit pulsare presbiterum, et se paulisper absentare decre-  
 -vit. Unde reversus Venecias ascendit quamdam naviculam, persulcatusque padi-  
 fluentis devenit Bononiam. Sed dum iter ageret audivit de fama Carthusiensium  
 et loco nobili prope Bononiam posito, et se ad visitandum locum disposuit. O Altitudo  
 -tudo divitiarum, sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia  
 ejus, et investigabiles viae ejus. Hic namque frater bene prius et laudabiliter  
 cogitaverat Camaldulensium, spirituales regentes, in his nemoribus serere, sed  
 Dominus suo inscrutabili immutabilique consilio disposuit <sup>asc?</sup> alteram vitam ducentes  
 alumnos videlicet Carthusie collocare. Eodem tempore in domo praefata Bononiae,  
 vixit quidam bone vitae et fame preherat fratribus Dominus Bonifacius nomine  
 De Monte <sup>vite (h)</sup> <sup>rite (h)</sup> monachus domus cartularum, a quo quidem receptus humaniter  
 frater Johannotus aliquibus diebus sibi celans in huius archano pectoris sapi-  
 -enter secretum suum, volens sagaciter prius experiri ut poterat vitam, fratum,  
 et an vera esset fama quae suis auribus insonnerat ordinis antedicti fide-  
 -litate uisusdam, eandem <sup>colaborem (h)</sup> <sup>placatum</sup> videns, <sup>colaborem (h)</sup> conversationem et vitam, seque  
 humaniter dulciterque tractari cepit inspirante altissimo sui cordis celicum desi-  
 -derio, aperire priori dicens: Pater venerande scire te cupio quod non accidenta-  
 -liter ad te presumpsit venire, sed fama odorifera huius preclare domus rationa-  
 -biliter tractus cordis mei desiderium, aperire volo, si fortitan prosperum fecerit  
 iter meum Dominus pro salute multorum. Ego enim habito in dyocesi Larvisina,  
 in quodam nemore posito in Montello ubi nunc edificatur basilica ad honorem  
 gloriose Virginis Mariae sanctique Teronimi confessoris, iuxta quam cupio locum  
 servare Dei constraere, arborumque spirituales plantare. Si ergo perfecta ecclesia  
 Domino adiuvante, sex aut octo cella iuxta formam huius ordinis perficerentur  
 cum dotibus

monasterii (apostolici)

169.

cum dote sufficienti pro vicinia totidem monachorum, in clamaratur ne hic ordo sanctissimus  
-mas porrigere manum ad suscipiendum locum, ubi prorsus non dubito quin potius  
(pro certo habeo. n. m. l. y.) cito perficiatur ad complementum!

### Caput decimum.

Responsio Prioris Bononie in premissis et sub quo priore Cartusie  
res suspensit (sumpsit?) principium in nomine Domini nostri Jesu Christi.

Audiens prior que frater Johannes proposuit liberrime accomodabat aures,  
sicut et que de situ loci ac regionis istius amenis conditionibus, illoque hinc respon-  
-dente per singula et veridice placuit propositis cepitque parere dicens: licet non sit  
-meum hoc facere non tamen dubito quod si res, ut Paris, prosperum habebunt succes-  
-sum ordo minime recusabit suscipere et tibi non retardabit hylarem prebere con-  
-entum. Deceptis igitur prosperis frater Johannes de facto responsis, letius exultat  
in Domino et de suo ceteri reditu cogitare cepit et priori dicere memorato: Ego redibo  
et procurabo promissa, Dei adjutorio fretus et absque ulla tergiversatione cuncta  
plenissime optinebo reverentique vni, certitudine vita comite ad vos pater. Rever-  
-susque Venecias cepit cum mercatoribus lucanis qui tunc aderant in civitate pre-  

de villa Viole de Marchionatu videlicet cere anno videlicet MCCC LXXVII  
 (1377). In cuius regimine conventus stetit in memorato monasterio sancti Miha-  
 -elis, sed utrum firmiter tempore memorato ibi steterit, an aliunde <sup>aliquando</sup> reddita p<sup>o</sup>ce  
 redierit incertum, est michi presertim cum in exitu S. Symeonis prefati fiat mentio  
 de reddite conventus de Padua, anno videlicet MCCC LXXVI<sup>o</sup> (1376) ubi lucide apparet  
 quod conventus ibi <sup>siquidem</sup> aliunde steterit vel forte pars. Unde et Dominus Paduanus tunc  
 prebuit vestimenta singulis atque pallias aliisque donoria ut relatione antiquo-  
 -rum audiri. Et iste prior cum esset in Domo Bononie nostri Ordinis pro confirma-  
 -tione prioris anno videlicet MCCC LXXII<sup>o</sup> migravit ad Christum.

1382 - 12<sup>us</sup> Prior. D. Augustinus. - Viduata igitur domo pastore factus est  
 prior S. Augustinus iuxta memoriam regi superius, primus videlicet hujus domus pro-  
 -prietarius. Hic ut apparet laudabiliter monasterium rexit per annos VIII, iuxta quos non  
 repen aliambi in quaternis, ideo compendiose transeo. Hujus namque temporibus hic  
 celebratum est capitulum generale in domo ista; ultimo igitur anno sui regiminis  
 cum celebraretur capitulum affuit enim priore meo domus Bononie erantque juxta en-  
 -lud, et indispositionem ac utiam paupertatem propriis consideravi luminibus. Nam  
 cum refectorium nondum esset constructum in quadam viminea cella ante ecclesiam  
 comedebat conventus et illa destructa ex causa habebant cellam que nunc est sacristia  
 pro refectorio et receptorio adveniencium hospitem, coquina vero conventus erat in  
 ortulo celle procuratoris signata. Parabantur igitur mense priorum tempore capitulum  
 generalis in galileis inter cellam signatam H, in qua erat vinum conventus, et  
 cellam signatam G, in qua fiebat coquina capitali generalis. Imperfecte namque  
 erant ambe intrinsecus. Unde quidam ex prioribus solatio se exiebat D bone Montelle  
 sine pillo et sine pelle. In cella sive in ortulo celle prioris tenebantur aliquae gali-  
 -ne pro consolatione conventus. Hujus etiam tempore orta fame, panis triticus ad  
 mensuram dabatur monachis aliisque personis domus et vinum, si quis amplius in-  
 -digebat, de pane milii et sagine supplebat necessitati. In hoc premissis capitulo  
 ordinatum est firmiterque sanatum, ut prior Carthusie de cetero staret in domo sancti  
 Johannis in beig, quam pro domo magna<sup>?</sup> Carthusie deputantes staterunt ibi  
 fieri capitulum, donec scisma pestiferum ecclesie tolleretur. Ad hanc domum per-  
 -tinet capite

- acto capitulo iuit memoratus prior carthusie S. Johannis, ubi cum proximis stetit  
 et quadam infirmitate incurabili oppressus obiit infra annum. congregati igitur  
 priores nominati ad capitulum privatim, fecerunt vicarium Ordinis usque ad proximum  
 capitulum generale S. Christophorum de Florentia. Hic postea in capitulo factus est prior  
 Carthusie, et habitavit ibi absolute S. Augustino in premissis capitulo generali anno  
 videlicet M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XC<sup>o</sup> (1390).

1390. 13<sup>mo</sup> Prior. - D. Laurentius. - factus est prior S. Laurentius sicut ipse  
 S. Augustini jam memoratus supra de Abbatia profectus Domus. Huius tempore

66.16<sup>3</sup> magnificus Dominus Dominus Henricus Comes supra memoratus post mortem videlicet  
 Domini Rambaldi fecit donationem monasterio coram testibus verbo tantum, absque ulla  
 instrumento quamquam ut pater Johannes conversus qui tunc aderat dicit fuisse factum  
 instrumentum donationis per manus Her Marchi de Bavaria notarii licet non appareat  
 De tribus mansis videlicet cum sedimibus et suis pertinentiis et juribus suis, qui  
 mansi sunt positi in territorio et villa Nervesia. Item fecit donationem de campis  
 mensuram de quibus patet plenius in registro possessionum. Eadem ut ab aliquibus fide  
 dignis dictum est, pater memoratus in ultimo testamento suo non  
 solum premissa reliquit monasterio sed quidquid ultra plainum hoc est versus <sup>Blawim (U. S. 1062)</sup> Larvisium  
 possidebat excepto uno mense posito in Nervesia qui erat alterius juris. Sed testamen  
 tum ipsius non apparet in rerum natura. Cum tamen certissime testamentum, scindiderit  
 ut Her Clarelus notarius alius dicit michi. Huius prioris tempore factum est s. d. s. d. s. d.  
 refectorii et tectum super columnas et pars murorum videlicet major pars. Huius tem  
 pore magister Brunvilanus fecit donationem monasterio de uno pulcherrimo mense  
 posito in villa Glavere cum domo murata et coquina cupis et una tugele qui mansus  
 potest esse camporum. . . . tunc arboribus plantate vitigata, cum omnibus juribus suis,  
 retento tamen usque fructu in vita sua et uxoris. Qui mansus volebat sumptibus mo  
 nasterii, subveniendo videlicet colonis pro animalibus et reparando destructa. Habebat  
 solum terciam partem vini contingentiis predictis Brunvilano. Unde Domus passa est  
 infructuose pro mense ipso expensas multas. Eandem uxorem prefati post obitum viri  
 sui post aliquantos annos de comuni concordia fratrum suscepit dictum mensem  
 gubernandum, cum sumptibus et redditibus suis in vita sua tantum, et post  
 obitum

obitum suum jus et possessio dicti mansi plenarie et libere erit monasterii. Hic prior absolutus propter senium sed propter suam reverenciam factus est procurator, et tandem deficiens senectute circa nonagesimum etatis sue annum, anno vero quinquagesimo ab ingressu religionis in pace quiescit. Dominus vero Augustinus prefatus cum esset prior Beligardi prope Senas absolutus etiam propter senium, reversusque ad domum post paucos dies anno quinquagesimo quarto ab ingressu religionis migravit ad Christum.

1394. 14<sup>us</sup> Prior. D. Ludovicus professor S. Bononie. — Absoluto igitur D. Laurentio in capitulo generali anno videlicet M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>III<sup>o</sup> (1394) factus est Prior D. Ludovicus olim monachus Bononie sed tunc professor S. Catalarum. Ille rexit per annos laudabiliter monasterium, et optenta absolutione a Capitulo generali reversus est ad domum sue professionis, factusque est prior

1395. 15<sup>us</sup> Prior D. Johannes de Ferraria anno videlicet M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>V<sup>o</sup> (1395). Hujus tempore completum est refectorium cum solaris tavelato et cooperitorio intrinseco. Non tamen, mense etc. Hujus tempore factus murus claustrum parvi versus cellas conversorum, habita elemosina a Domino Francisco Sandei de quo agetur infra. Dedit enim Ducatos quinquaginta elemosinaliter. Hujus tempore prefatus Dominus illi archiepiscopus Paruta perseverans semper ut ceperat laudabiliter in premissis deveniens ad ultimum diem vite sue legavit monasterio Ducatos centum. Plenusque bonis operibus inter fratrum manus<sup>(i)us</sup> qui tunc secum aderant de nostris, exutus penose carnis ergastulo in pace quiescit anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>

9c.15. XC<sup>o</sup>VI<sup>o</sup> (1396) die XXI<sup>o</sup> Junii. Coniux vero prefati relicto seculo pene cum tota familia feminei sexus Ordinem Predicatorum petiit in monasterio corporis Christi de Veneciis, factaque vicaria renovata est totum monasterium, illud ubi pere IXX<sup>o</sup> Domine vite laudabilis serviebant Deo, in quo per aliquos annos in sanctitate perseverans quiescit in Christo anno videlicet MCCCXII (1412), XVII Julii. Et habuerunt merito anniversarium in hac Domo. Et nepos suus qui secularis remanserat ingressus est Ordinem Predicatorum acutissimi ingenii scientiaque non mediocriter decoratus, a Domino Gregorio Papa postea factus est episcopus Emmonensis.

Caput XV<sup>um</sup>

Quomodo ecclesia nostra et galilea necnon et capelle consecratae sunt  
a Domino Reverendissimo Patre Domino Angelo Corario Constantinopolitano  
Dignissimo Patriarcha. —

Tempore praefati prioris Reverendissimus in Christo Pater et Dominus Dominus  
Angelus corario Dei gratia Constantinopolitane sedis dignissimus Patriarcha, qui  
ante fuerat episcopus Castellanus, et deinde factus presbiter Cardinalis ad ultimum  
assumptus est feliciter ad Papatum, post Innocentium, ut patet infra. Hic visitavit  
locum, Devotione praecipua ductus una cum R<sup>do</sup> in Christo patre et Domino Dom-  
-ino Angelo Barbarigo episcopo . . . . . qui postea factus episcopus Veronensis  
postremo factus est Cardinalis. Item cum venerabili patre Domino Antonio David  
jam superius memorato honestissimo sacerdote qui postea factus est episcopus  
Phanensis alisque honestissimis clericis. Placuitque sincere devotioni suae cimiterium  
cum galileis seu porticibus et ecclesiam cum quatuor capellis devotissime conde-  
-crare. Sicque auctore Domino clarissime profecerunt presentibus magnificis viris  
Dominis Schinella et Paulando comitibus Larvisinis Dominisque Colalti et Castelli  
sancti Salvatoris, necnon Domino Potestate Larvisi alisque multis clarissimis perso-  
-nis utriusque sexus. Unde constant versus ejusdem Docti qui tunc affuit tangens  
frenissime factum ipsius consecrationis ut infra:

Nonaginta ferunt trecentas, millia senas  
Annos, quod Dominus carne de Virgine pura  
sumpsit in Aprili veneris fulgente lucerna  
hicem, primumque diem sol sparserat orbi,  
Quando vir illustris Venetus, de gente creatus  
Angelus huc adit magistra comunitate cetera,  
Sanguinem quem, Larium Corario nomine dictum  
obagnum in nostris homines sublimia dona  
virtutis honest in tempora longa decorant,  
Doctus et egregius sublimis theologie  
extitit, atque urbis Constantinopolitane

Quae patriarchatum merito patriarcha tenebat  
Ecclesiam sibi comisit Papa coronæ.

Claustri, Galilee Montelli justior iste  
<sup>Oratoris</sup> (Oratoris) ecclesie benedixit Cartusiensum,

Cui titulum, Donat pulcherrima virgo Maria  
Fasta Dei genitrix que preces adjurat omnes,  
Terminum que sacer pastor dum secula volabatur.

Qui columnas firmum se patri praebebat alme,  
Atque virtute sua sacris dimisit egentem,  
Ecclesiam Domini dapibus fulgere quotannis.

Hec loca ubi tantus dicto sub tempore presul  
In diebus octo maii sacrasit eorum

In laudem, cum magna dies octava nitetur,

¶ Quae Dominus celos visus conscendere celos,

Quos nemora domus summo servabit honore,

Atque manet hec felix amborum nomine structa.

Quatuor atque ore sanctorum laude sequentium,

Factæ, sed major sibi totam vindicat ædem,

Que tenet abithroni genitoris celsa-tonantis.

Arboris <sup>ris</sup> ligno que tanti corporis ejus

Libra fuit, denuo que tenet fragmenta duorum,

Dulcia discipulum, Philippi Bartholomei.

Quis in egressu Baptiste permanet æra,

Satis ubi reddent simonis fragmenta sacri

Atque natalis, dextro sed latere terra

condita sub patris genitrix spiritus alma

Nomine quam, passi claro pro nomine Christi

Sanctificant celebres Gysogonus almæque virgo

Absterge Anatasia, procul non passibus inde

Ab ultimis Teronimo subrodit quarta beato

f. c. 15<sup>e</sup>

Nobilis ara, Dei celsa rescentibus urbe  
 Sideris ornata sacris est civibus ista;  
 Quorum clara docet que sicut splendentia virtus  
 Nomina celicolum, nam tot discipulis responsis (sic) mat capis  
 Clauditur hoc templo nunc Bartholomeus et una  
 Sacra puella nimis sanctam <sup>um</sup> sectata triumphum,  
 Nobilis <sup>underis</sup> ~~responsis~~ martiri De millibus: omnes  
 Quos colimus, nam virginum servare pudorem,  
 Curare Deo: cunctorum <sup>denique</sup> Deique ~~paucorum~~,  
 Reliqua multa loco celebri requiescit eodem.  
 At ubi sacros templis inferret odores  
 Justior hic presul concurrant undique clari  
 Egregique viri prostrantes atque jugate,  
 Qui rutilant, celeberrumque diem per Delubra Ducant,  
 Lucida namque ferunt late <sup>sumalis</sup> ~~fronda~~ templo.  
 Iris thura ferunt, et sanctos laudibus ornant,  
 Cantibus et pulchris cum vocibus ethera complent,  
 Sic memore domus nitide splendebat honore,  
 At locus iste sacer madide sub menibus urbis  
 Nomine larvisi, quam tu vocitare memento,  
 Hec Venetum, multo justum, sectata senatum.

Laud Decus et honor Deo TERCIO

Versus consecrationis ecclesie Montelli. (cupio habe <sup>copie</sup> quale <sup>parte habe)</sup>

Prefati prioris tempore <sup>cum?</sup> causa capitalum, celebratum ubi supra et ipse transi-  
 tum, faceret per Vallem, jocos am, in qua tunc conventualiter habitabam, retulit  
 michi quomodo ipse et conventus Montelli optabant me habere apud se, <sup>meis</sup> me  
 mirum. Ipse namque prior et S. Laurencius fuerant duces mei ad sanctam  
 religionem. Libenter igitur annui petitionibus ipsorum quia et ego cupiebam  
 exire a populo barbaro. Unde optenta licentia reverendissimi patris S. Christophori  
 prioris Carthusie duxit me secum, celebrato capitulo generali anno videlicet

Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup> (1398). In quibus diebus valida et incredibilis magni-  
 tudinis tempestas percussit territorium Larvisinum, ita ut campi qui paulo ante  
 omnigeno erant semine fertilissime decorati, arbores <sup>et</sup> florigere cum vitibus botru-  
 asis, post ipsam tempestatem, cuncta prorsus apparerent arida ac inflama cons-  
 umptim equaliter devastasset. Ipsa etiam, die in Justinopoli fulgur e celo  
 § 16. veniens percussit lectorem, fratrum, Minorum, quoniam quidem, intrinsicce consumens  
 mirabiliter exteriore reliquit intactum, cuius domus que pueruli eiusdem religionis  
 et loci capillis adustus particulariter ipsi unum puerulum <sup>illum</sup> omnino et incolumem, conser-  
 varit. In eodem momento etiam in quodam, lacu Sclavonie navigantibus quibus-  
 dam utriusque sexus, ut nobis post biduum, relatum est, decem, et octo submergit.  
 Hac denique tempestate, magnum immo maximum, dispendium subministravit domus  
 ista, quia nichil fore collegit tritici pro victu conventus, sed fuit ac misericordissimus,  
 qui non deservit Dominus sperantes in se, quique dat jumentis escam, ipsorum, et  
 pullis eorum, invocantibus eum, suscitavit quendam, magnificum, Deo otiumque  
 benefactorem, virum, videlicet nobilem, de Veneciis Andream, quondam <sup>domini</sup> Francisci  
 Bragadino, <sup>scilicet marquis q. d. h. o. r. e.</sup> qui pietate commotus et affectione celestis patrie subvenit largissime  
 in necessitatibus domus. Nam dedit procuratori domus Laurencio promisso pro  
 emendo summento Ducatos LXVIII postquam, adventum, meum, anno videlicet preli-  
 bato de mense Junii. Unde requisitus ab ipso scripsi eidem, quondam, abreviationem  
 libri beati Augustini de civitate Dei compilatam, per venerabilem, virum, magne  
 sanctitatis atque scientie fratrem, Thaddeum, de urbe veteri Ordinis Predicatorum,  
 hoc qua <sup>tantam</sup> recepit complacentiam, idem Dominus Andreas ut omnino inclinaretur  
 etiam, ductus devotione, penam domus, subventionem, necessitatum, nostrarum, etiam,  
 non requisitus. Quodam tamen vice petenti priori mutuo Ducatos . . . pro empti-  
 one animalium pro quibusdam necessitatibus sublevandis, absque tergiversa-  
 tione concessit. Sed postea monasterio elemosinaliter graciosissime relaxavit.  
 Item dedit casulam rubeam de serico Damaschenam videlicet pulcherrimam integra-  
 liter cum ceteris sacerdotalibus ornamentis. Item donavit nariculam ar-  
 genteam pro thure. Item misit plures pisces et alios atque recentes precipue  
 tempore quadragesimali. Item misit duas pecias panis <sup>amici</sup> de partibus Frigie  
 ex quo

ex quo facta sunt aliqua coherentoria in forestaria et aliquibus monachis indigentibus. Item solvit pellicias et pannos monachis indigentibus. Item plures misit candellas cereas albas pulcherimas parvas et magnas ad sufficiendam annualem pro divino officio. Item unam pallam de serico cum capitibus aureis pro sollemnitatibus. Que tamen non tempore Domini Johannis <sup>sed</sup> Domini Simonis sequentis prioris fecit, precipue ab illa pecunia mutuata inclusive; Multa quidem, et alia dedit elemosinas que largifluas propinavit que digne scribenda erant nisi labilis memoria tradidisset oblivioni. Hujus etiam prioris tempore ser Paulus de Stagnatis dedit thuribulum, argentum pro anima patris sui. Multa etiam, vascula stagna dedit nobis et generaliter quequid ab eo recipiebant persone domus gratis omnibus et elemosinaliter concedebat. Hujus etiam tempore prioris facta est coquina, pro qua Dominus Romobon de Bugnis dedit libras centum. Item facta est pistaria et furnus, non tamen intrinsece aliquod factum est, soli muri cum tecto; cetera facta sunt ut infra dicitur.

### Caput XVI<sup>um</sup>

De ortu benefactoris spiritualis Domini Francis Sandei, et de multis ipsius beneficiis; et de D. Symone de Risio Priore cujus tempore magna pars domus hujus est facta. —

c. 16<sup>o</sup>

Anno quo mortuus est prefatus Dominus Marcus Paruta sub hoc priore surrexit preclarior benefactor nepos ipsius Domini Marci Dominus Francis Sandei habens et ipse conjugem nomine et re Margaritam, in Christo. Ille fuit Lucanus nobilis genere sed nobilior ex possessione virtutum, floridaque utriusque sexus filiorum turba vallatus. Habitans ut civis in civitate Veneciarum per famosus mercator, cujus preclarissima beneficia cuncta exarata calamo nequeo, tum propter defectum, <sup>infirme</sup> ~~in~~ favore oblivioeque memorie, tum propter excessum, eximiorum, erga domum hanc, immo etiam, erga Ordinem, generaliter beneficiorum, tum etiam quia multa precesserant adventum meum. Sed ut ejus digna memoria posteris relinquatur in benedictionibus, que sepius crebriusque possint accendi servidas que deo pro ipso preces fundere possint ut bene meritis per pauca et plures compendiose perstruam<sup>tingam?</sup>. Presertim quia ego in necessitatibus proprie

proprio senserim non mediocriter beneficia, generaliterque tempore procurationis mee et extra procurationem, positus pro conventu multa et ut ita dixerim innumera ab eis que repulsionis rubore ab ipso sepius impetraverim, ut infra legentibus pandam. Cum premissa aedificia coquina fabricarentur occasione cujusdam ordinationis Capituli generalis neglecta, que pena infligebatur prioribus absolutio, absque tamen alicujus criminis denigratione prioratus, ammisit in die Decolationis beatissimi Johannis Baptiste, fuitque hospes ad Domum Papie nove scilicet plantationis que ortum, sumpsit sub Reverendissimo patre D. Christophoro Priore Carthusie memorato. Qui quidem prior Carthusie ipso anno quo supra in die beatissimi Augustini jubente Domino a carnis ergastulo feliciterque egressus vitam, ut spiritus captavit eternam. Quo defuncto R<sup>mus</sup> Pater D. Stephanus de Senis prior monasterii tunc Dignus Dei prope ibi edyolam, cum esset unus ex electoribus nominatus infra annum Prioris Carthusie sub premissa nostra obediencia fecit transitionem per Veneciam, hujus adventum, mox ut audivimus circa finem septembris, cum esset hic ad festum beati Hieronimi ipse Dominus Franciscus Sardi, misimus litteras eidem D. Stephano deprecatorias hospitante in Domo prefati Domini Francisci ubi omnes persone Ordinis declinabant quatenus dignaretur ad nos venire. Qui prior licet invidias nostras preces non distulit exaudire. Cum autem venisset eadem que prioris absolutio, lucide perspexisset utaque omnium diligentissime et singulorum, audisset, omnino, concors in a se ut volens ad ipsi committere voces de futuro priore, premonitus tamen de persona omnibus grata mansit ab effectu pratulit, ad destinationem, opus concito preparavit gradum. Unde cum ad electionem futuri prioris Carthusie ad hoc priores electi diligentissime concessissent, concorditer usque eam, conventu domus convenissent in ipsum R<sup>mus</sup> Priorem D. Stephanum, feceruntque Priores Carthusie licet plurimum, resistentem D. Christophori successorem, qui mox ut officium prioratus suscepit strenue

numeris  
supra  
p. 16  
p. 16

p. 17. sollicitaque per omnia exsecrandum, in concilio nostro, prefati prioris, hujus domus v. e. ab illis, patrem, Simonem de Pisis monachum, Domus Bononie, qui Domino concedente ad domum istam, apullit in vigilia beatissime

1398  
16<sup>us</sup> Prior

beatissima virginis Catharine, in cuius die sedem accepit precessoris sui, anno videlicet supra  
 ruis memorato. Huius igitur tempore cepit prefatus benefactor in Domino accendi et  
 circa monasterii constitutionem, suam mentem omnimode solidare. Unde fecit complere  
 cellam nostram in qua tunc habitabam, que multimode imperfecta erat in angulo  
 occidentali versus septentrionem, signatam videlicet littera F. Post cuius complem-  
 entum immediate fecit fieri porticam per quam itur ad claustrum parvum. Item  
 fecit fieri mensas ad refectorium cum suis pertinentiis et intersticiis, atque coquina per  
 totum, necnon et pistoriam, cum stapha, dispensa et cella cocti. Item fecit fieri  
 cellas conversorum a fundamentis in quibus primum lapideas, manie propria posuit  
 atque forestarianas, seu cellas hospitem, cum cellis famulorum exterius et interius per  
 totum. Item fecit fieri murum qui claudit monasterium, ex parte magne porte et  
 introitus monasterii, incipiens ab angulo orti celle prioris que signatur littera  
 A, usque ad angulum forestarie ubi est porta magna. Item fecit fieri claustrum  
 ante coquina, et cisternam magnam. Item fecit fieri celum ecclesie seu coope-  
 torium intrinsecum, cum regulis depictis et murum divisionis ecclesie qui est inter  
 chorum, et capellam sancti Iohannis et angelorum, nam ante non ascendebat  
 nisi ad altitudinem ipsorum capellarum. Item fecit fieri pavimentum stratum gal-  
 learum, de lateribus coctis et calce muris vestire per totum, similiterque fecit  
 fieri in claustris parvo cum colloquio monachorum. Item fecit fieri campanile  
 cum tinctionibus et portam ecclesie corona ornate. Item fecit complere duas  
 cellas intrinsecas per totum que signatur litteris G et H, que quid ibi de lignis  
 est fabricatorum, cum fumariis et pavimentis cellarum, et portis. Item fecit fieri  
 demum cella signata littera N. In aliis etiam cellis multa que imperfecta erant  
 perfecit cum portibus singularium. Et quia domus impotens erat sumptibus adifi-  
 canda lab oratoribus propria are, omnia ipse habuit antissime ministravit. Unde fa-  
 ctum est ut dum opus perfectum fieret domini etiam multa familie que famis in-  
 pia et tempestatis oppressione fugam, occipere jam Deum erant et a patria ista  
 omnino de exulare laborantibus, multipliciter lucasentes multas pecunias. Item  
 prope tribulationis de gentibus in propriis misericorditer in omni gaudio alerentur. Domus  
 etiam hec que divisid infatuus oppressa fuerat prius, ex actione voluntaria deli-

torum, ab his qui apud nos laborabant multas recuperavit pecunias et possessiones, multe  
 pene jam derelictæ ex ipsis sunt reparatæ. Item dedit idem benefactor pro altariibus palli  
 111 centum De serico. Item in sumptibus monasterii quicquid deficiebat ipse prorsus tam  
 +. 6. 17. 2.) in comestabilibus quam etiam in vestitu suplebat in aliis etiam expensis inopinatis unde  
 - quaque emergentibus succurrebat habunde. Et sicut ante avunculus ipsius Dominus  
 Merchus prefatus sustinebat indifferentes personas Ordinis ad hospitium, in Domo sua  
 sic isti Domus, quamdam, prope ecclesiam sancte Sophie aptam paravit et fratribus  
 adventantibus Ordinis per magnifice ministrabat. Viaticum, navigaturis prebebat atque  
 pecunias aliunde egentibus fratribus amore Dei, sicque perseveravit usque in  
 finem vite sue ut infra patet. -

### Caput XVII<sup>um</sup>

De societate oblatozum que surrexit in his partibus occidentis,  
 et de stella comatica que apparuit multis diebus. -

Anno primo hujus etiam, surrexit quedam secta seu spiritualis mirabilis  
 - que societas Oblatozum, pene per universas provincias occidentis. Cujus prin-  
 - cipium, ut prebatur fuit in partibus Francie ex quodam miraculo. Hec quidem  
 societas induta erat sindonibus albis lineis utriusque sexus ibant que per ci-  
 - vitates et rura cantantes altissimo in ethere quasdam laudes, videlicet: Stabat  
 Mater dolorosa juxta crucem lacrimosa dum pendebat filius. et cetera. Item aliam  
 Verbum corofactum est de Virgine Maria. Item que vulgariter subsequenter  
 cantabant: Misericordia audiam videndo, misericordia ad deum clamando, misericordia  
 misericordia in bardo misericordia ai peccator; Misericordia odio verace, misericordia o  
 manda pace, misericordia sel te piace, misericordia alto dignor. et cetera..

Et dum aliquam basilicam intrare volebant cum clamore valido univoce  
 petebant misericordiam et pacem a Deo. Ad quorum sonitum fere tota terra  
 tremebat et spectantibus timorem et compunctionem, mirabiliter inferebat  
 tam insolitus et inauditus clamor. Hinc multe commute sunt quam plurime  
 - cordia sunt conversi confitentibus peccata cum lacrimis et cordis contritione  
 per inter multos discordes inveteratos que inimicos facta est, multaque mirabilia

Omnipotens ostendit Deus ut communiter dicebatur hinc inde per ipsos. Sicque factu modo ut manu violenta divine misericordie ut ita dixerim multi a paucibus inimici evulsi ad sinum ecclesie sancte collocarentur cum gaudio, quos ipsa mater ecclesia mectis ~~et~~ oculis in manibus inimici. Hec tamen non casualiter evenisse videntur sed longe retro actis temporibus prophetatum, per Abbatem, Tochinum, qui multa futura videtur redigisse in scriptis suis que posteris reliquisset ut patet ibi ubi sic ait: litatio prima, monitio ultima, ante finem seculi iuxta libros, primo per universum gentium, multitudo stolis albis et candidis induta clamans pacem, et misericordiam, et da nobis Domine da nobis. Et demum, cum instantia pax et misericordia de celo descendet et invicem, observabuntur. Veritas et pax <sup>supra</sup> terra est, et verus pastor ovium, cognoscetur. Et non recto viventes totaliter confundentur et in peccatis eorum, morientur. Et dum recte vixerint, regnabunt Dominabitur.

xc. 18. Populatis populis erit pax et misericordia super universam terram, Nec ille. Sed is qui adversatur in cunctis bonis hostis humane salutis, semen pravam in agro Dominico servit et societates undequaque collectas ad bonum cepit corrumpere prodiendo proditiones et adulteria, aliaque multa hujusmodi. Unde disponente altissimo cessavit talis societas simul et processio, et secuta est inguinaria pestis fere per totam orbem, qualis non fuit ab illa magna mortalitate anni MCCCXI et deinceps et tempestates in<sup>universe?</sup> invade. Apparuit etiam quaedam stella comatica et insolita cunctis aspectibus modernorum, que multis quidem diebus cursum egit invisibiliter, et non nisi sole cubante poli occiduas extremasque radiando partes cerni poterat. Et demum disponente illo qui totam sphericam massam diuturno motu ac uniformi ab oriente dirigit in occidentem meridiano tempore velut aurora precursor glomerantem, visibilis quidem cunctis spectantibus simulque admirantibus antecedebat solem. Et cum jam cursum peregisset ex alto dispositum, illustris Dominus Dominus abbas Johannes Galeas dux Mediolanensis fundator magnificus prelati monasterii sancte Marie de gratia prope Papiam vite sue diem conclusit extra-

abbas  
fundatoris  
Papie

- mum. Alta sunt quidem et stupenda propter mortalibus insolita signa et  
 - mirabilia que nobis ostendit unctorum plures, dum sidere vocis ut ita  
 - dixerim, tuba nos territat, nunc insolitorum beneficiorum collatione nos  
 - provocat, ut aliam, ceteris agnoscamus vitam esse videlicet celestem et fel-  
 - - cissimam, et vel sic resipiscamus a festu mortifero cuius aquis insecti-  
 - - fere in cunctis vite nostre curriculis portamus insanie ingratitude con-  
 - - voluti. Nam veluti aspides surde ad vocem incantantis auditam sceleratissime  
 - - obteramus, et audire dissimulare non pertimescimus dulciter provocantes,  
 - - ad gloriam, eternitatis non quidem, nostris meritis sed sola ipsius gratia  
 - - capescendam. Misi forte ingratitude ipsa impedierit que juxta Bernar-  
 - - dum inimica est anime, exinanitio meritorum virtutum. Dispersio bene-  
 - - ficiorum, perditio, ventas urens desiccans fontem pietatis, rorem misericor-  
 - - die, fluentia gratie. At quia tali fuligine plurimum excecamus merito  
 - - dati sumus aliunde in reprobos, sensus, ut cæci facti duces que cecorum,  
 - - palpantes et impingentes per abrupta gradiamur heu pro dolor viciorum,  
 - - et quod infelicis est nec ipsius sese et inevitabilis necis in mane horri-  
 - - dumque precipitium aut irrevocabile gressum, sepulcri penitus formida-  
 - - mus. Putantes namque vitam, hanc stabilem, et eternam, eternitatis  
 - - semitas apprehendere non curamus. Qui enim, in eternum manere cupimus  
 - - Dei qui est eternus Delet <sup>in?</sup> inquit Ciprianus, facere voluntatem. Voluntas  
 - - autem Dei est quam Christus docuit et fecit, humilitas in conversatione,  
 - - stabilitas in fide, verecundia in verbis, justitia in factis, misericordia in  
 - - <sup>ca. 16.</sup> operibus, disciplina in moribus, injuriam non <sup>scire?</sup> nosse facere, et factam  
 - - posse tollerare, cum fratribus pacem tenere, Deum toto corde diligere, am-  
 - - are in illo quod pater est, timere quod Deus est, Christo omnino nihil  
 - - preponere quia nec ille quicquam preposuit. Caritate ejus inseparabiliter  
 - - adherere, concilio ejus fortiter ac fideliter assistere. Quando de ejus nomine  
 - - vel honore certamen est exhibere in sermone constanciam quam confite-  
 - - - mur, in questione fiduciam quam congruimus, in morte pacenciam, qua  
 - - coronamur. Hoc est coheredare Christi velle esse, hoc est Dei facere preceptum,  
 - - hoc est

cf. Reg. J. Almond.

hec est vultus Dei implere, hec ille. Hec pauca dicta ad laudem  
Altissimi, ad pristinam redire narrationem non pigebat o lector.

Caput XVIII<sup>um</sup>

De mortalitate que invasit hanc domum et de quibusdam  
gestis dignis memoria exempli causa. -

Rem legentibus referam heu prope or formidandam. Anno quippe  
quo pestis immarissima invasit Larvisinam dyocesis sub priore prefato prater  
quidam deceptus haud dubium incaute relicto duce salutis, sequebatur clam au-  
torum perditionis locumque dominicum indigne occupabat ut clare componi  
relatione condigna. Nec illi ut <sup>hunc</sup> spiritum in eternum iratus est Dominus, sed cum  
nunquam sit sera penitencia iuxta dictam beati Teronimi, fons totius bonitatis  
ex habundanti clemencia finem ponere voluit peccatis illius, errantemque ovium  
- culam vel in extremis jam positam de faucibus lupinis eripere voluit, ut osten-  
- deret posteris divicias bonitatis sue, ne forte multiplicatis offensionibus adver-  
- sus Dominum, et adversus Christum eius decernente rigore divine justicie ad  
cujus comparationem, omnis mundi justicia non est justicia iuxta Teronimum,  
in ventrem levitatem <sup>am</sup> in recuperabiliter mergatur. Adveniente igitur <sup>mortis?</sup> mortis tem-  
- pore quo finis promittitur malis quodam nocte torpente in suo stratabulo matutinali  
tempore quo ceteri sinceris solent laudes altissimo concinere, ecce repente  
vigilanti sublatum apparuit huc cellule omne tectum, viditque duos angelos terri-  
- biles nimis sibi que terribilibus iniquitas ad judicium, ad judicium sic geminando.  
Demum signum vidit ponere cellulis in quibus habitabant mox obitari de peste  
sequeste. Quo peracto ad jussa Domini peragenda versus Arvesiam abiit.  
Nec non vidit ut assolet ymaginationem aliqua aut sompno delusorio ut rei  
exitus approbarit. qui mox de lecto extiliens tremebundus ad ecclesiam, tunc  
prorexit. Hec quidem non ab ipso sed ab alio cui secreta ille communicaverat  
qui tunc postea decessit cum aliis referente audiri. Unde statim insolita pestis  
locum istum percussit septemque fratres ab hac vita substitit et duos famulos  
habitantes in domo. hunc enim celum ignitis astibus inardebat et crassus aer  
nebulosis vapores caligabat subditus que imbribus nebula representata pendebat  
et petida.

p. 49.

et felix. Hec quidem ad correctionem incaute ambulantium coram Domino evenisse  
 puero. Nam omnia Dei gratia magna cum cordis contritione sua favora et negli-  
 -gencias confitentes, muniti sacro viatico et sancte unctionis munimine hinc feliciter  
 obierunt. Nocturnis igitur duobus <sup>minis</sup> conversis, quidam monachus Gratasus nomine nobilis  
 De Veneciis peruenit ad pestem, hic cum haberet quendam novitium, Parmensem, reco-  
 -missum a memorato priore, et ille cerneret se priori magister sui acerbis presen-  
 -tia corporali, cepit magnis cum singultibus et rivulis lacrimarum eidem suo magis-  
 -tro pari. Non inquit magister dulcissime quam mestam, et desolatam relinquit  
 Discipulum, sublatus ipse crudeli nimis et acerbissima nece. Sperabam enim, beatus  
 Dicitur in sancto Dei servitio permanere, tanquam dulcissimo in temptationibus oc-  
 -currentibus famine sublevari et ecce nunc ut cerno peralis mors intemptivo  
 icta nos separavit me relicto. Et ille: Non te inquit pater amantissime Desero,  
 sed paululum antecedo. Hec enim mox ut defunctus puero tu indilate sequeris.  
 His auditis juvenis territus propria necis percussus famine finem querelis posuit  
 coram ipso. Nocturno facto hora prima cum premeretur prefatus monachus morbo  
 perali, accessit in facit de cella ubi apud ipsos morabatur, et cum ad ipsorum  
 gradum concito properassem, sic exortus est michi pari: Cur me inquit sodes  
 paterque in Christo dulcissime Deseris sic oppressum? Pone simul in Christo singu-  
 -lari Dilectione connectimur in hac domo? Duce me quies o pater ad cellam propriam  
 ut quiescam, quia hic minime valeo in alieno stratu. Quibus verbis et ex conside-  
 -ratione infirmitatis amaricatus non mediocriter ait illi: Nonne ista est tua  
 cella pater quam sollicito preparasti? Minime inquit ipse, sed illa procius in capite  
 ortulo <sup>seu basilicam</sup> paulo ante. Si que me ad assertionibus fidem prebere omni-  
 -mode recusabat frenatius laborans in cibus et ora plentibus virgabat. Hinc  
 ego suis motus tenerimis pletibus adito michi sociis super brachia elevavi, ad  
 ortulorum cella portare volens si forte viso basilico cessaret a pletibus et querelis.  
 Habitabat enim in cella que signatur H, in parte occidentali versus septentrio-  
 -nem, quem cum extra Dormitorium ad unissem viso cimiterio fratrum ex-  
 -tens a manu et indice exclamavit. Ibi inquit <sup>ibi</sup> fratres me Ducite, ibi  
 namque est cella nostra quam bene apertam conspicio demonstrans fratrum  
seque

+ C. 19.

sicque nesciens hanc dubium prophetavit proprii sepulcri cellam. Unde nec  
 vis a memorata herba consolari nec quietari potuit sed replendo cimiterii cel-  
 lulam appetebat, sicque ad lectulum reclinavimus juvenulum cum merore.  
 Et ecce post horam tertiam cepit ad egressum <sup>artari</sup> anima premi que languore  
 Unde congregato conventu ut moris est in conspectu ps allenium Deo in pace  
 spiritum reddidit circa sextam. Defuncto igitur isto, memoratus novitius alter  
 monacho vite bone qui erat sacrista est a presidente commissus. Sed promissio  
 Defuncti magistri non distulit venire. Ipso namque die percussus est  
 ipse novitius graviter inguinaria peste, deciditque in lectulo pre languore,  
 occurrit novus magister cum lacrimis, de percussione novitii plurimum constas-  
 tatus. Hic inquit fili quod verno in te cordis mei non mediocrem mesti-  
 -ciam? Putabam, te superstitem, in ordine sacro relinquare, et tu e converso  
 me relicto tam acerbe discedis? Ille subridens nequaquam, magister dul-  
 -cissime te relinquo licet paululum antecedam, quia mori ut ego Defunctus  
 fuero me sequeris. Hac inspirata promissione et ipse territus tacuit adhuc  
 sospes. Sed Defuncto novitio percussus est et magister peste et ceteri gravi-  
 -que languore oppressus. Interea frater quidam Baptista conversus pro-  
 -curatoris adjutor sollicitus et bone vite percussus est graviter absente priore  
 ad ultimum igitur veniens morbi oppressione sacrum viaticum petiit et  
 accepit. Quem cum sacra unctione munissen, exiens de lectulo quo  
 jacebat crucem quam ante ipsum posueram devote bajulans in parimento  
 forestarie in qua tunc erat resedit, et sepius osculata cruce ex cordis conti-  
 -nitione nimia infirmitatis vehementia et frenesi convulsus exurgens ibat  
 versus parietem, nesciens quo properaret; cum ipsum interrogassem, quo  
 pergeret ipsumque tenerem, ne in parietem, caput alideret, ad cellam inquit  
 nostram, propero, et viribus jam ammissis cecidit super me quem supinum  
 super parimentum, cum reclinassem, in momento feliciter migravit ad Chris-  
 -tum. Post hunc et sacrista memoratus sacro viatico pre assumptum cum  
 sanctam unctionem, devotissime recepisset anima ejus de carnis ergastulo  
 egressa feliciter ut <sup>spiritu</sup> migravit ad celum. Postremo monachus ad judici-  
 -um vocatus

um vocatus ut supra graviter percussus est et Dei misericordia eidem non  
 deficit ut spiritus <sup>to</sup> adjutus orationibus fratrum. Nam cum ceteri vix per heb-  
 domadam in infirmitate laborantes hinc abierint, hic per quindecim annos  
 duravit, nec usquam intellectus ejus fuit alienatus languore, in quo spacio  
 lavare poterit delicta sua et offensionum macula<sup>as</sup> per gratiam. Altissimi ab oleo  
 Nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat. Hinc  
 illo donante qui sanguinem proprium pro redemptione multorum effudit, cum  
 magna contritione sacramenta suscepit ecclesie et exutus pondere quo  
 premebatur carnis et ipse feliciter ut <sup>spiritus</sup> migravit ad Christum. Post  
 hujus obitum nonnulli percussi primo periculis non quidem ad mortem, sed ad  
 purgationem peccatorum, ut <sup>spiritus</sup> ultimo autem percussi sunt duo layci  
 habitantes in Domo, et hinc ablati cum ducti fuissent ad propria, et ipsi mortis  
 delictum persolverunt. Et ut prefata visio non delusoria sed certissima prola-  
 setur, cum Dominus finem tribulationis nostre imposuisset, mox pestis ipsa  
 immensissima circumstantes villas invasit, incipiens a Trevisia in qua  
 multas familias de terra delavit, similiter et in Glavera in qua quidem  
 infra mensem, ut nobis relatum est centum triginta <sup>quin</sup>que personae ex-  
 tinctae utriusque sexus. Hujus etiam prioris temporis est athena guerra inter Do-  
 minum et Dominum Paduanum, Dominum Franciscum, videlicet De Cararicis,  
 quem captum cum duobus liberis plerentes mortis sententia ceperunt civi-  
 tates Paduam et Veronam quas ipse tyrannus possidebat <sup>id est?</sup> antea, Trecentum  
 et Vinceniam, que se sponte obtulit Venetis, et sic guerra finivit, in qua  
 tamen guerra conventus habitavit in monasterio sine Damono, Altissi-  
 mo protegente. -

Caput XIX. -

De nonnullis benefactoribus et eorum beneficiis factis  
 monasterio sub ipso D. Symone de Pisis, priore Domus. -

Prefati prioris tempore Domina Aberegina relicta quondam Sisto-  
 nis Bocho de Venetis de confinio sancti Saluatoris ipsius civitatis obiit  
 et legavit in testamento monasterio tam pro anima sua quam etiam viri  
 sui

huius annuatim in camera imprestitorum Ducatos XII. Unde prior de voluntate  
 et consensu conventus juxta petitionem ipsius testatrix fecit participem  
 animam prefati huius Johannis unius missarum que indifferenter celebrabuntur  
 in domo perpetuis temporibus ut patet in fine collectanei novi mea manu  
 notatus. Item prefati prioris tempore Dominus Johannes Cornario quondam  
 domini Almoso de confinio sancti Vitalis de Venetiis reliquit in testamento  
 suo monasterio in camera imprestitorum annuatim Ducatos XV, cuius annui-  
 versarium juxta petitionem suam, ter in anni circulo est notatus. Item eodem  
 tempore Dominus Bartholomeus Georgio nobilis et ipse civis Veneciarum  
 cum esset socius prefati Domini Johannis et essent in Damasco negociatores,  
 simul infirmitate in una domo reliquit et ipse in testamento suo nobis in  
 camera imprestitorum Ducatos XV annuatim. Sed parentes in dolo distulerunt  
 prefatam pecuniam ascribere monasterio reddentes tamen interim juxta lega-  
 tum. Sed post aliquos annos sub Domino Johanne De Restis me absente  
 moverunt literas, parentes et redditum subtraxerunt. Tandem iniuncto conventu  
 ut ita dixerim convenerunt fratres ex pacto cum ipsis parentibus, et acceperunt  
 pro totali legato Ducatos centum tantum. Huius tempore prioris, Dominus  
 Thomas De Valentis florentinus natione, sed civis Veneciarum dedit unam  
 pulchram casulam de zambeolato viridi, <sup>camellato</sup> pulitam, cum ceteris ornamentis.  
 Hic etiam reliquerat in testamento bona sua Ordini si recipisset monaste-  
 rium sancti Andree de Veneciis vel aliud monasterium in aquis Veneciarum  
 que bona ascendebant ad valores Ducatorum VII M et ultra. Et si ordo non  
 reciperet darentur Ordini montis Oliveti suscipiendo locum in dictis aquis, et  
 sic ortum habuit memoratas ordo in civitate Veneciarum suscipiens locum  
 sancte Helene prope litas. Item huius tempore magnificus miles Dominus  
 Jacobus Peton, civis Carvisinus dedit monasterio pulchram casulam de velis  
 azurino cum camiso ceteris que sacerdotalibus ornamentis. Item tempore  
 prefati prioris egregius miles Dominus Petrus Dyma nobilis que civis Vene-  
 ciarum legavit in testamento suo monasterio in camera imprestitorum  
 annuatim Ducatos duos. Huius tempore Domina Blanca relicta quondam  
 Domini

Ch. Rolland  
t. II univ. p.  
366

Domini Johannis De Busco de petra rubea civis larvisini fecit de voluntate  
 filii sui Teronimi qui tunc intravit ordinem predicatorum solemnem dona-  
 tionem inter vivos retento sibi usufructu in vita sua de una domo magna  
 in civitate Larvisii cum suis pertinentiis in contractu que dicitur la Panacea  
 Que domus postea vendita est ut infra patet. Item de uno manso pulcro  
 extra portam sanctorum quadraginta. Qui mansus venditus fuit me abs-  
 cente et pecunia reposita est apud prefatum Dominum Franciscum Sandei  
 apud quem etiam nonnulla alie pecunie possessionum venditarum deposite  
 sunt ut patet infra. Et quia prefatus pater Teronimus factus est episcopus apud  
 Neocumensis in partibus Armenie morit<sup>Wem</sup> littere post obitum matris. et ob  
 injuste reportere que prius cum matre obtulerat Domino illo instigante qui  
 cuncta bona nequissime odit. Unde ex quadam conventionem facta inter ip-  
 -um episcopum et conventum in presencia potestatis tempore Domini Johan-  
 -nis De Restis prioris domus obligavit se conventus ad eandem annuatim  
 Ducatos XV pro suis necessitatibus de qua conventionem patet publicum ins-  
 -trumentum. Tempore etiam ipsius D. Symonis prioris Domina Helena reli-  
 -ta quondam nobilis et magnifici militis Domini Francisci De Pa luse De  
 Modyolano in suo testamento reliquit monasterium heredem herorum suorum  
 ex qua hereditate habuimus primo domum antiquam valde que tunc  
 facta est nova ut infra patet que est in contractu <sup>to</sup> <sup>i</sup> sancte Marie majori.  
 Item habuimus aliqua utensilia domus. Item nonnullas pecias terre in  
 villa de Fontanis que tamen vendita sunt et satisfactum est creditoribus  
 prefati Domini Francisci et ipsius Domine Helene. Item habuimus ali-  
 -quos agros iuxta menia civitatis in contractu sancte Bone unde obliga-  
 -mur singulis annis dare monasterio sancte Margarete ordinis heremi-  
 -tarum duas cereas librarum X in pondere et pauperibus sacerdotibus libras  
 decem panorem venetorum. Hujus etiam tempore Dominus Franciscus  
 Dmatis et pater eius videlicet Dominus Dmatis Dmatis ceperunt devoti-  
 -onem in loco isto. Unde ab anno M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LV<sup>o</sup> (1406) vel circa usque nunc  
 annuatim solvunt omnes candelas cereas necessarias in ecclesia et <sup>tertiis</sup>.

Item

Item fecerunt fieri panethas vitreas chori monachorum atque conversorum.  
 Item fecerunt fieri banchos ante ecclesiam et pavimentum portici ante ecclesiam.  
 xl. 21. Item fecerunt fieri pavimentum stratum lapidibus vivis ante ecclesiam. Item  
 pluribus annis in quadragesima singulis hebdomadibus singulos propinabant  
 Ducatos pro his cibis necessariis pro conventu. Item Dederunt nuntios priori  
 petenti pro aliquibus necessitatibus Ducatos quinquaginta, quos postea ele-  
 mosinaliter remisissent nobis. Hujus tempore anno videlicet M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>  
 (1406) Reverendissimus pater et Dominus Dominus Angelus Carario cujus me-  
 moriam in consecratione ecclesie supra feci, cum esset cardinalis factus per  
 Dominum Innocentium, Decedente ipso Innocentio creatus est Papa vocatus est  
 Gregorius ~~XII~~<sup>XII</sup>, qui post duodecimam diem assumptionis sue scripsit epistolam  
 antipape vocato Benedicto pro reformatione ecclesie et unione facienda. Cui  
 antipapa ipse apologeticam de Marsilia destinavit epistolam, in qua vide-  
 batur assentire, sed ut exitus rei probavit dolose lectum exterius ostendebat.  
 Hic Dominus Gregorius fecit Dominum presbyterum Antonium Darid super-  
 rius memoratum episcopum Phani, cui plurimum renitenti, in virtute sancte obedi-  
 tie precepit quatenus absque dilatione assentiret et regimen animarum sibi celitus  
 commissum suscipere. Qui mox ut iussa recepit summi Pontificis capere humilitate  
 inclinavit et dignitatem suscepit preclis. Ubi audiens post annos plurimos in epis-  
 copatus suo quiescit in Domino ut infra dicetur.

fore

Hic etiam prior emit de pecunia possessionum inutilium domum in Carvisio in  
 contracta que dicitur la roia. Tempore namque ipsius vendite sunt possessiones de  
 Podgliano, et Archadit, et novelle de Cusignana, quia propter inopiam persona-  
 rum et impossibilitatem domus ad sustentandum et reparandum efficiebantur  
 inutiles paulatim. Unde habita licentia Reverend<sup>o</sup> p<sup>at</sup>ris D. Stephani memorati  
 prioris Carthusie vendite sunt et precium ipsarum positum est apud Dominum Fran-  
 ciscum Sanderi ut dictum est et dicetur. Eandem hic prior cum esset antiquus  
 pariter et infirmus petivit absolutionem in capitulo generali per litteras, anno  
 Domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup> (1407) et obtinuit. Prefato igitur absoluto et commissa confirma-  
 tione future electionis prioribus Luce et Lisarum, conventus elegit Dominum

Prior 17<sup>th</sup> Antonium dictum de Moacis de Clarencia professum Domus qui tunc erat  
 1407. Auctor procurator. Unde orsa lite presata inter epis copum Pauniensem, et conventum  
 Cronice istum et supra dictum est. citatus ad curiam adit qui tunc erat in civitate Luca  
 -na tempore videlicet Domini Gregorii memorati Pape, ubi quidem paulo antea con-  
 -rat pro unione tractanda Ecclesie, sed nihil factum est ut infra dicitur. Cum igitur  
 prior stetit et per bimestrem, et ultra et aliquam, noticiam illius monasterii  
 accepisset et amicum, illius Domus inde rediens duxit secum III monachos et  
 unum conversum, de conventu Tannensis monasterii qui fuerant a Rectore Tanne  
 q. 21<sup>2</sup>) propter Papam, expulsis quibus Dominus Franciscus Sanderi expensat tribuit, et in  
 adventu ipsorum nimium letas effectus induit eos per optime et prior in it ad capitulum  
 generale precipue ad instantiam Domini Mantuani quia per litteras rogaverat  
 eum ut instanter apud patres diffinitores pro receptione nove fundationis. Nam in  
 ipso capitulo decretum est ut ipsa fundatio susciperetur factis que D. Nicolaus de  
 Padula venerabilis pater Rector illius Domus fundande. Igitur cum ipse prior Domus  
 esset in capitulo, conventus Luce instantissime petivit absolutionem, prioris sui. Hic quia  
 necesse erat ut conventus ex audientia prior Castusie et ceteri diffinitores decre-  
 -rent facere permutationem, propter honorem causam, unde percurant priorem <sup>Domus</sup> Luce

Prior 18<sup>th</sup> prefatus, D. Antonium, et huius Domus D. Nicolaum de Petra sancta quem  
 1408. D. Nicolaus absoluerant de prefata Domo Luce. Huius tempore vendite sunt possessiones de  
 Petra 5<sup>ta</sup> Vulpago, Silva et Castagneto et unus mansus in Senevia et mansus <sup>us</sup> positus  
 in contracta sanctorum quadraginta superioris memoratas, et pecunia reposita  
 est apud Dominum, Franciscum Sanderi. Hic prior sequenti anno ad instantiam ma-  
 -ximam, conventus et benemeritis, absolutus est in capitulo generali, factis que est

Prior 19<sup>th</sup> prior D. Johannes de Restis Mediolanensis absolutus tunc a Domo Medyola-  
 1409. D. Johan- nendi. Huius tempore Domina Juliana filia quondam ser Riccii prenotati de Glarere  
 de Restis. fecit donationem monasterio de una ripa posita in villa Glarere plantata, vitigata  
 et pratis, cum aliquibus olivis retento sibi usufuctu in vita sua tantum. Item  
 Dedit ipsa tempore D. Bartholomei de Forojulii prioris pro uno calice pro capella  
 patris sui, Ducatus XII, que est capella sancti Petri. Huius tempore Dominus Franciscus  
 Sanderi memoratus promisit dare monasterio annuatim ad placitum tamen pro neces-  
 -sitatibus



Anno M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>X<sup>o</sup> (1410) circa principium mensis maii prefatus Dominus Alexander obiit in civitate Bononie ut fertur veneno necatus. Ubi post eius obitum facta est alia de Papa electio in qua omnes Cardinales convenerunt in Dominum Balthasar Cossa prefatum quem Johannem nominaverunt. Que quidem electio qualis fuerit exitus comprobavit. Licet ridentur predicta fuisse per abbatem, Johachim, quem in forma subdyaco-  
ni designavit cum signo suo et prima littera nominis eius scilicet B. Sed revertamur ad propositam nostram. Prior igitur memoratus S. Johannes de Restis cum in quadam <sup>andem?</sup> infirmitate gravissimam et incurabilem incidisset, comentes absolutionem, infra annum petiit et optinuit. Et electione facta

Prior 20<sup>o</sup> anno quo supra fecerunt priorem venerabilem patrem S. Sylvestre (Silvestre  
1410  
D. Silvestre  
prof. domus  
et) monachum domus huius tunc profectum atque vicarium domus Luce, qui paulo ante propter scisma de domo Vallis pesis fuerat absolutus. Hic cum per annum recessit et laudabiliter monasterium obiit anno vite sue LXX  
1111 (74) in die natiuitatis sue videlicet in festo beate virginis Catharine. Nam in vigilia ipsius fecit rationem cum procuratore cum esset infirmus me presente qui tunc ipsis diebus reversus fueram ad domum. Et inter aliqua sua colloquia sic astantibus dixit: Ego inquit, in die sancte Catharine natus sum in hunc mundum, utinam Dominus <sup>mihi</sup> Michael concedat ut tali die, die exutus carnis ergastulo, de isto miserabili seculo cum pace possim exire.

o. c. 28<sup>o</sup> Sicque ut petiit et factam. In audiret enim preces servi sui Dominus, et desiderium cordis ipsius non negavit illi. Quoniam iuxta vocem psalmigra-  
phi voluntatem, timentium se faciet, et deprecationes eorum exaudiet et saluos faciet eos. Nam et iste pater circa horam sextam, assumptis helveticis armis sacre unctionis videlicet absolutionem, summi Pontificis a vicario, Ordini plenissime jam concessam, comites astantibus fratibus cum ab omnibus veniam petisset humiliter migravit in pace. Vocato igitur priore Bononie pro

Prior 21<sup>o</sup> confirmatione future electionis factus est S. Dominus (Dominus) prior  
1411.  
D. Dom-  
-minus  
prof. Papie  
profectus domus Papie sed hospes huius domus; anno M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>XI<sup>o</sup> de mense  
Decembris. Ipso anno orta est gravissima guerra inter Dominum, regem Hungarie  
noviter

noviter electam, ad imperium et Dominionem Venetorum. Qua tribulatione compulsi  
sumus monasterium relinquere, et in Venecias relictis ita conversis ad custo-  
diam Domus. Cum autem applicuissimus ad civitatem prefatam cum non  
haberemus locum ad habitandum, Dominus Franciscus Donati, superius nominatus,  
Domum suam optatissimam prestavit in capite Muriani, cum orto amenissimo,  
et talis tribulationis tempore valde consolativam, et alia nobis beneficia tunc  
halemosinaliter propinavit. Sed Dominus Franciscus tandem solvit primo nauta  
qui nos cum rebus illis condemerat, Ducatos XVIII. Cetera tamen beneficia que  
tunc prestavit numerare qui potest? Ipse namque frumentum, vinum, oleum,  
caseum, piscesque pro magna parte largiflue ministravit. Immo et utensilia que  
nobis tunc fuerant necessaria aut precio emptamittebat, aut certe de Domo  
sua ut filiis propinabat. Et quia noverat nos mestissimos propter eventam guerra,  
benivola nos crebrius visitatione fovibat. Dubitantes autem ne nimium guerra  
protraheretur prior disponat et convenientem dividere optenta licentia tunc a  
R<sup>o</sup> patre D. Stephano priore Papie auctoritate v<sup>o</sup> dicitur capitali generalis que  
fungelatur. Et cum pervenisset ad aures ipsius Domini Francisci concito gradu  
ad nos properavit suisque dulcissimis familibus confortavit dicens: Nequaquam  
paciar vos hinc abscedere nisi pace ab alto concessa, velitis ad monasterium  
proprium redire gaudentes. Neque enim parere debetis sed confidatis in Domi-  
no quia nichil omnino <sup>2</sup> nobis deerit accidente necessitate, nisi forte quod absit  
michi pater et filii mei. Ego enim sum capsa vestra, et deo urgente necessi-  
tate nisi aliunde vobis providerit pius Deus ego nequaquam deficiam, juxta  
posse. Placet tamen, ut etiam, ceteri benivoli lucrentur vobiscum in Domino sub-  
veniendo cum libuerit eis. Quod enim vobis <sup>fuert</sup> superfluerit apud me aliis pauperibus  
ministrabo. O qualis hic benefactor magnificus fuit merito peramandus. Faciens  
enim, quod ut sol tenebris effigatus in ortu suo retillat celo sereno, ita egentes  
alsque rubore provocabat ad petendum, subsidium elemosine, quoniam  
hilariter cunctis petentibus elemosinas ministrabat. Unde et cum profata cons-  
tituerentur beneficia monasterii hostabatur dulciter pro Deoque et opus Dei  
solicite fieret, et de sumptibus nil timerent. Et quod insolitum est penes  
cunctos

cunctis laycis, in bonis actibus nunquam voluit apparere patronus. Quod qui-  
 -dem patet perspicue, quia nunquam voluit arma vel signa cognationis  
 ponere in his edificiis domus, sed saluatoris imitatus viam, nemini volebat  
 fieri notum, quod ipse construeret que premissi, solius Dei contentus testimonio,  
 a quo celeste premium expectabat. Adveniente autem tempore quo solvere  
 debuit debitum, universae carnis, graviter infirmatus est. Decidit que in lecto oppres-  
 -sus nimia somnolencia nec poterat excitari. Ad quem cum accessissent, si  
 vellet ut alias mecum convenerat, confiteri, non potuit licet in vigilia domini-  
 -ce Ascensionis id fecerit et sacram Eucharistiam suscepisset de manu mea. Reco-  
 -gnovit me tamen attantem quia semper lucidum habuit intellectum. Nec  
 tunc ordinare aliquid potuit aut condere testamentum. Sed per annos plurimos  
 ante fecerat testamentum, in quo legabat monasterio annuatim Ducatos quin-  
 -quaginta. Et quia paulo ante infirmitatem, ut michi dixerat et filio suo secundo  
 scilicet Domino Thome, et Domino Nicolao Guidigoni genero suo habebat inten-  
 -tionem, ordinandi quod domus ista haberet sufficientes redditus pecuniales  
 pro uno conventu, sicut arbor bona non potest in malos fructus facere, reliquit  
 post se fructus bonos Deoque placitos ut <sup>MVR</sup> spiritus, videlicet v filios marces et  
 duas filias nuptas. Quorum filiorum hec sunt nomina: scilicet Dominus  
 Johannes primogenitus, Dominus Thomas, Dominus Antonius, Dominus Philippus et Dominus  
 Henricus. Hi ergo egregii viri volentes patris adimplere desiderium, nec-  
 -non et pro remedio animarum suarum, cum prior profectus adisset eos  
 post reditum nostrum, ad monasterium, volens habere aliquam promissionis  
 ipsorum certitudinem, quam quidem promissionem, fecerant in studio ipsorum  
 coram priore et me, absente tamen uno ex ipsis. Sed cum omnes jam essent  
 simul convenerunt in unum, et licet ante ab ipso prioris obitu usque ad  
 diem illam, annuatim pro necessitatibus monasterii dederint conventui Ducatos  
 III centum, tamen firmantes promissionem, fecerunt unam scriptam, manu  
 Domini Thome supradicti cum subscriptionibus aliorum fratrum suorum in  
 qua se obligant dare conventui ab ipso anno usque ad annum MCCCXIX (1419)  
 inclusive pro victu dicti conventus Ducatos CCC annuatim. Et post illud tempus  
 obligaverunt



ligna in memoribus preparata. Hujus tempore Martinus De Petra rubra vocatus sanctus viri carissimus, fecit Donationem unius mansi et unius rife terre plantae <sup>teste?</sup> vitigatae et aliquibus pulvis oleis, que quondam fuerant Domini presbiteri Gabrielis De Valle d'ubladinis in qua sunt predicta posita, retento us ufructu in vita ipsius et duarum sororum ipsius Domini presbiteri Gabrielis que sunt mulieres antequae. Hujus etiam tempore Domina Francesca relicta quondam ser Brunilani antedicti reassumpsit ad instanciam conventus mansum quondam viri sui regendum, et custodiendum, cum ipsa a vivente haberet usumfructum, et nos expensas. Ipsa tamen decedente Donatio nobis facta quondam per virum suum solida permanebit ut supra. Anno M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>XV<sup>o</sup> (1415) in capitulo generali <sup>cum</sup> prefatus prior pondus regiminis pene non sustinens animique sui optaret quiete perfrui magnis institit precibus apud conventum, quatenus ejus absolutionem, a capitulo impetraret. Quibus tandem precibus annuentes una cum ipso omnes licet invicti <sup>vobis?</sup> scripserunt Capitulo pro ipsius absolutione, qua optenta petebant humiliter sibi dari in priorem, domus venerabilium patrum, D. Bartholomeum De Forojulii. Et sic obtinuerunt ut petierunt. —

Caput XXI<sup>um</sup>

De D. Bartholomeo presbitero de Foro Julii scilicet de civitate Austria et de accidentibus tempore suo. —

Prior 22<sup>us</sup>  
1415  
D. Bartho.  
de  
Foro Julii  
p. c. 24.)

Anno igitur M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>XV<sup>o</sup> (1415) prefatus pater post capitulum ad domum, et tunc appulit. Qui cum adhuc esset in venetiis procurante Domino Johanne Sandei, h<sup>o</sup>us in Christo pater Dominus episcopus benignus, de ordine Minorum Devotionibus Ordinis dedit atque donavit monasterio pro constructione domus nove predictae Ducatos centum. Item Dominus Thomas Sandei dedit pro simili causa Ducatos quinquaginta ante adventum, tamen prius cum esset tunc procurator. Item Dominus Henricus Sandei fecit fieri horologium ferreum, et campanam tempore tamen D. Domini. Anno Domini MCCCCXVI<sup>o</sup> Dominus Antonius David episcopus memoratus Phasi, ad ultimum vite hujus deductus plenas virtutis us et sanctitatis fama reliquit in testamento suo licet diu ante condito partem Concursum suorum, ex quibus habuimus infrascriptos libros et primo unum volum<sup>en</sup> <sup>in quo</sup>

in quo est: Pars nova biblie.

Item, textum sententiarum duplicatum, in duobus voluminibus.

Item primam secunde et secundam secunde beati thome in uno pulcro volumine.

Item, librum originalium, omnium sanctorum.

Item expositionem, super Apocalipsim. — Item tractatus logicales.

Item transitum, beati Teronimi. — Item pastorale beati Gregorii.

Item passionem, translationem, et miracula sancti Marci Evangeliste.

Item sermones epistolarum, Dominicalium, secundum, patrem, Guillelmum De Lunden.

Item librum de sacramentis. — Item librum, de sacramentis Hugonis.

Item opus magistri Hugonis de sancto Victore de meditatione. — Item Climacum.

Item librum confessionum beati Augustini. — Item summam, confessoris.

Item librum Evangeliorum. — Item librum <sup>lyonensis</sup> Linarii. — Item regulam beati Francisci.

Item, ordinem vivendi beati Teronimi ad hystochium. — Item duos psalteria unum majus et <sup>ad alium minus.</sup>

Item officium, in quo sunt orationes misse. Item, summam decasibus que appellatur

Magistraria. — Item habuimus unam planetam seu casulam de velutis viri-

-di cum cruce aurea et ceteris ornamentis. Item aliam, casulam, de serico rubro

et viridi, cum cruce aurea recamata cum IIII ammittis pulcherrimis et uno pani-

-culo, Item albas IIII, una cum manichis recamatis pulcherrimis sine gramitis

v.c. 24?) et aliquas cum gramitis sericis. Item bursas IIII corporaliu pulcherrimas.

Item aliam, partem, unius burse cum crucifixo ad pacem, sumendum, recama-

-tam. Item, singulas IIII. Item, unam casulam, subtilissimam, de serico

albo ad iter optam, pulchram, et integram, et omnia devotissima. Item cervi-

-calia II, unam, de velutis rubeo, aliam, de serico. Item brachium medium, de

velutis viridi et medium, de serico rubeo, et gramitata II de serico et pani-

-celis aliquibus. Item, habuimus, Ducatos IX. Item dimisit annuatim pro

putancia conventus in die anniversarii sui Ducatos II. Item dimisit eundem

vetale que serviebat sibi Ducatos IIII centum, e quibus in vita sua <sup>debet?</sup> debet habere

singulis annis Ducatos XII, et post mortem, suam, tertia pars residui perveniet

ad monasterium, et cetera. . . Hujus prioris tempore Dominus Petrus Raimondo no-

-bilis civis Veneciarum obiit qui reliquit in testamento suo ante per annos condito

Monasterium =  
Anno: 1414

condito, monasterio nostro in camera imprestitorum Ducatos M, pro quibus  
 habemus annuatim Ducatos XXX. Ipso anno et tempore prelibati prioris  
 De mense octobris nobilis Domina Helena relicta quondam nobilis viri  
 Domini Petri Mauraceno dedit pulcherrimam casulam de serico rubeo, auro  
 contextam, cum omnibus ornamentis, videlicet stola, manipullo ornata pul-  
 cherimis margaritis et camisum, necnon et calicem, solumpnum, argente-  
 um, cum smaltis et cum bursa pro corporalibus etiam ornata pulcherrimis  
 margaritis et duobus panicellis. que quidem fecit ad procuratorem, ne-  
 potis sui videlicet Domini Andree quondam, Domini Michaelis Mauracena.  
 Item quondam, alia Domina ejusdem, cognationis in suo testamento legavit  
 monasterio Ducatos XXX. - Hujus etiam tempore magnificus miles  
 Dominus Manfredus quondam, Domini Henrici comes Carvisinus et  
 Dominus Cellalti et cetera, cum ipse remanserit heres patris sui, necnon et  
 Administrator sive commissarius quondam Domini Basilii fratris sui tali modo ut-  
 fertur, ut ipse de bonis prefati fratris sui possit libere disponere et ordinare donec filius  
 postumus ipsius Domini Basilii sit annorum XX, de quo spacio non tenetur reddere rat-  
 onem nepoti suo ac si pater fecisset et ordinasset illud. Ideo ad instantiam nostram  
 fecit fieri instrumentum, manu ser Teronimi quondam boni Francisci de Glavera notarii  
 in quo instrumento ratificat ex parte sui et aliorum fratrum suorum necnon et memo-  
 rat nepotis sui omnia bona mobilia et immobilia habita, actenus a predecessori-  
 bus et parentibus suis usque ad <sup>quod</sup> Diem illam <sup>quod</sup> confectum est et stipulatione solemp-  
 ni firmatum, instrumentum, prefatum, coram testibus et patribus.

Capit XXII. -

De concilio congregato in Constancia, et de unione ecclesie  
 sancte ablato inveterato scismate et creatione summi Pontificis, et  
 de episcopo Bononiensi Ordinis nostri. -

1414 Anno M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XIIII<sup>o</sup> (= 1414) predictus Dominus Baldassare Cassa Dicitus To-  
 hornes et Papa ordinavit una cum novo electo ad imperium, illustrissimo videlicet domi-  
 no Domino Sigismundo regi Hungarie et Romanorum, ut celebraretur concilium in  
 civitate Constancia, ad quod etiam Dominus Gregorius Papa condemit multipliciter  
 approbando

no. 25. approbando. Ad quod concilium, primo dicit ipse Johannes cum cardinalibus suis, et missa spiritus sancti celebrata videlicet XVI mensis octobris fuit facta prima sessio, et post adventum ipsius regis multa tractata factaque fuerunt. In hoc concilio peracta sunt crimina et scelera prefati Johannis. Depositus que ab omni jure papatus datus est ad custodiam sub manu illustris Domini Domini Juris Bavarie quondam novi electi imperatoris. (sic)

In hoc concilio Dominus Gregorius missi magnifico Domino Carulo Domino Ariminensi et aliquibus suis cardinalibus et prelatibus renunciavit plenissime papati. quam renunciationem concilium, libentissime accepit, fecitque ipsam legatum, in partibus Archiepiscopi magnis que privilegiis dotavit. Unde cum percipisset abrenunciationem, factam ut supra celebrata missa in pontificalibus in civitate Ariminensi ut festum coram populo deposuit ornamenta papalia dicens cunctis audientibus: Ego non sum amplius papa, Baldassar etiam dictus Johannes coram omnibus renunciavit juri suo, quem sacrum concilium, denunciavit esse symoniacum, notorium, bonorumque et jurium, necdum, romane ecclesie sed etiam, aliarum ecclesiarum, et piorum locorum dilapidatorem notorium, malumque spirituum et temporalium, ecclesie administratorem, et dispensatorem, fuisse et esse, et suis detestabilibus inhonestis que vita et moribus ecclesiam, Dei et populorum christianorum, notorie scandalizantem, ante ejus assumptionem ad papatum, et in illis et aliis inconciliabiles, denunciavit ipsi unquam et omni ejus administratione spirituali et temporalis deponentes, ipsi unquam ad standum, sub custodia tuta sermitioni principis Domini regis Romanorum decrevit quomodo dicto concilio pro bono unionis et ecclesie Dei videlicet condempnandum fore, et eadem sententia condempnaverunt. Alias vero penas que ad predictis criminibus et excessibus inferre deberent juxta canonicas sanctiones dictum concilium, suo arbitrio reservavit, declarandas et infligendas secundum quod rigor justicie vel misericordie ratio suadebit.

Hujus tempore cum civitas inclita omnique scientia decorata Bononie videlicet et Antistite, convenit ut moris est illius civitatis in consensibus populorum ad electionem, Interque consilio, solemniter concordarunt per omnes in vim tunc venerabilium Dominorum, Michaelium, priorem Bononie domus nostre. (Hic vir fuit ex nobili et honesta familia De Albergatis De Bononia qui postea fuit creatus cardinalis titulo sancte crucis in Jerusalem, et est deputatus in domo nostra castro sic Florentie.) Quia tandem, plenissime renuntiationem

1. propter premissa debita renuntiationem et iuramentum de non recipiendum ad papatum, et omnia sua... etc.

revertentem, timentes ne etiam fugam arriperec Dominum, undique populo circumdante vi licet honesta, ad Dominum, per alium, dederunt sub fida honestaque custodia includentes donec preberet eis desideratum assensum. Ipse vero capiens pro dolo populorum, ipsos de cetero dilectionem, pariter et liberationem, preoptans, imitatus quondam sanctissimi Hugonem Liconensem, episcopi copum ordinis prelibati, antequam de monasterio duceatur, dixit sic nullatenus assensum illis nisi prius consensus adesset prioris Carthusie. Dum igitur pararentur solemnes nuntii, premisit ipse electas clancula fideum nuntium ad ipsam Dominum Carthusie rogans et obsecrans lacrimabilibus litteris ne preberet consensum, timens ne forte tanti regiminis opprimeretur gravamine. At cum nuntii festinato applicuissent gradu ad memoratum priorem Carthusie, et Bononiensem exposuissent vota fideliter, ipse vir Deo plenus dulciter ac benigne suscipiens, similem apologiam dedita fertur. Imperior inquires ut Dominus dederit que sit voluntas eius, et tunc non modo meum sed Dei dabo responsum. Et cum plus solito coram Altissimo deprecationem flamigeram premisisset, tale Domino proposuit paradigma. Domine si tua est voluntas que est invariabilis, ut pater noster prechilatum, assumat Bononie, da signum in bonum servo tuo perstanti et crastina ut totus videlicet conventus noster Carthusie nemine discrepante interrogatus consensiat, sin autem, pars saltem, contradicat omnino. Mira res propterea insolitaque nostris temporibus; hanc igitur lucescente missa que conventualiter celebrata Paracliti spiritus, congregatis fratribus domus Carthusie proposuit R<sup>us</sup> Pater prior cunctis audientibus vota premissi populi de facto electionis, hinc omnes nemine discrepante univocae priori dederunt responsum dulcissimum, ut electus videlicet antistes intrepide regimen oblatus, omnino assumeret, quia Domini erat voluntas. Que cum audisset pater Carthusie, Vere inquit Domini est voluntas, quoniam talem, Domino protuli propositionem, sicque ambrosianis certus de voluntate altissimi assensum, prebuit et responsa. Illi vero acceptis epistolis pii patris magno cum gaudio ad propria remeant, sicque pater ipse admodum Reverendus tandem, invicte <sup>sumptu?</sup> ~~sumptu~~ officium lacrimabiliter presulatus, Deique magno preces auxilio, civitatem sibi commissam, a multis mirabiliter peccatorum, purgavit spurcitatis, et in infulis suscipit Carthusie propositum.

propositum non declinavit. Hujus vitam et sanctitatem ut fama sonat creberime  
 fere per totam Ytaliam si scribere vellem, omnino volumus <sup>mea?</sup> excederet et deo  
 aliis relinquo scribenda, que oculis spectant cotidie quanta Dominus mirabilia  
 per servum suum operatus, atque magnifica in civitate premissa. Hec tamen  
 pauca posteris nostris exempli gratia scripsisse sufficiat. -

Anno M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup> XVII<sup>o</sup> (1417) Dominus Angelus Corranio quondam Gregorius Papa  
 cum esset in partibus legationis sue jubente Domino in pace quievit. Et cum esset  
 Cardinalis dispositus ad electionem summum Pontificis accedere, nunquam potuit  
 eorum voluntas concurrenere vitæ Dei ut factum, donec eis renunciatus fuisset obitus  
 felix premissi Domini Angeli pro ut michi R<sup>o</sup> pater Dominus episcopus Carvisinus  
 retulit. Unde clare satis apparuit a Domino factum, ne forte illo vivente aliqua  
 pars adhuc seculi claudicaret. Quo facto ingressi sunt conclavinum cum gaudis et illi-  
 sime concedente optatus finis pestiferi scismatis tunc mirabiliter affuit cum omnes  
 unanimiter convenerunt in Reverendissimum tunc Dominum, Oddonem, de Columpnâ  
 Cardinalem, civemque nobilissimum, romanum in die videlicet sancti Martini. Unde  
 et ipsum, in summum Pontificem, assumentes Martinum, appellaverunt. Et ex tunc  
 Deo gratias pene totus christicolarum, orbis eodem obedientiam, dederunt verumque  
 apostolicum, romanæ sedis præsulibus, cognoverunt. In premissis concilio, multa  
 laudabilia sunt a patribus instituta de quibus hic facere mentionem, omnino ne-  
 queo, propter inopiam exemplariorum. In hoc concilio confutatus est magister  
 Johannes Wessel, et Teronimus ejus discipulus, et alii cum suis pestiferis herre-  
 ribus. Unde perdurantes in ipsa perfidia igne cremati sunt, sed ante mortem  
 ipsorum semen, pessimum, in agro dominico in ecclesia videlicet in partibus  
 Boemie, et usque nomine multi eorum, horribilus adherentes membra sunt dy-  
 boli. Quibus parat antiquus rex Bohemie olim rex Romanorum, et ejus conjux.  
 Deus omnipotens finem ponat horribilus ne finis invadat Ytalie et Dei ecclesiam,  
 laceret jam unitam. - Prefatus summus Pontifex inter alia decreta, que secundo  
 instituit ut mendicantes non possint habitum, sive ea monasticorum, nisi carterien-  
 sem, propterea de verbo ad verbum, exemplum bullæ hic infra notare curavi  
 ad laudem Dei et Ordinis nostri:

Exemplar privilegii Domini Martini Papae VI -

Martini Episcopus servus servorum Dei et cetera... Ad futuram rei memoriam  
 vicam, ambitiose cupiditatis religiosis potissime mendicantibus precludere cupientes  
 ad alios ordines monasticos presertim, fuerunt tamen, coloribus assentibus ob  
 fugens, melioris vite aut <sup>actionis</sup> arcioris observantiae tam beati Benedicti quam citra-  
 sciense<sup>is</sup>, camaldulenses, Vallis umbrae canonico-regularium, sancti Augustini,  
 vel aliorum, monasticorum ordinum, convolare nitentibus licentiam, a sede Apo-  
 stolica, seu legatis ac nunciis ejusdem, sedis de transferendo se a mendicanti-  
 um ordinibus ea ratione presertim, ut verisimiliter pro ut facti evidenciam docet est  
 putandum quod liberiori degant dignitatesque et beneficia monastica vel alia  
 (obtinere?) et extractis aliis causis honestati non consonis obtinentes ac volentes  
 conservationem, ordinum, mendicantium, etiam providere auctoritate apostolica  
 ex certa scientia tenore presentium, declaramus ac decernimus statuendum, que  
 de cetero nullus religiosus de ordinibus mendicantium, quorumcumque cujuscum-  
 que status, conditionis, vel religionis existat, quomodocumque autem, qualibet  
 que possit vel debeat virtute cujuscumque licencie ac indulti apostolica vel peniten-  
 ciarie nostre curam gerentis, vel alia <sup>avis</sup> quamvis auctoritate alterius etiam per  
 scilicet bullas apostolicas facultatum, quorumvis, tam legatorum nuntiorum sedis  
 prefate, nec non penitenciarie hujusmodi pro tempore curam gerentis quam,  
 aliorum, quorumcumque sub <sup>avis</sup> quamvis potestate aut auctoritate maxime  
 de transferendis fratibus aut aliquibus presertim, ordinum, mendicantium,  
 professionibus in genere vel in <sup>specie</sup> spiritu ab ordinibus hujusmodi mendicantium,  
 ad monasticos sub quacumque verborum conceptione appareant admitti  
 seu recipi per aliquos etiam, superiores ordinis seu monasterii aut loci monas-  
 ticii seu aliter in monachum, vel in fratrem, alicujus ex ordinibus monasti-  
 chis supradictis, vel aliis expressis et non expressis ordine cartusiense dum-  
 taxat excepto, sub pena excommunicationis in quam tam recipientes quam recipi-  
 ipso facto incurrant, et quam ex nunc prout ex tunc contra quemlibet transgre-  
 sorem, quomodolibet in premissorum sententia et auctoritate prefata proferi-  
 mus in his scriptis et a nemine nisi duntaxat rom. uno Pontifice preterquam  
in modis

« in mortis articulo excommunicati hujusmodi possint absolutionem, et beneficium  
 « quomodolibet obtinere. Et nichilominus secus vel aliter facta non teneant  
 « aut nullius existant officio, roboris vel momenti. Decernentes etiam, et viden-  
 « tes quod si quis actenus virtute alicujus licencie seu indulti hujusmodi fuit et  
 « receptus ad aliquem monasticum ordinem, et habitum consuetum, gestari per  
 « monachos talis ordinis suscepit et sine professione, emisit <sup>vero</sup> sive sub  
 « dicta pena teneatur in monasterio in quo receptus fuit etiam si beneficia eccles-  
 « iastica seu rectorias ecclesiarum, quarumvis obtineat stare in ejus totali voca-  
 « tione in hujusmodi ordine monastico et Altissimo Deservire. Si quis autem,  
 « praeterita hujusmodi licencie, cum habitu vel sine quomodolibet vagando ince-  
 « dere monitionem penitentia teneatur et debeat infra terminum XV dierum  
 « a die monitionis hujusmodi computandum, ad ejus religionem, et ordinem,  
 « unde cum licencia vel sine recesserat remeare. Quod si efficere neglexerit  
 « post ipsum terminum, tanquam notorius apostata, et excommunicatus in om-  
 « nibus et per omnia debeat per quemlibet reputari et tractari etiam per invo-  
 « cationem auxilii brachii secularis quoscumque fuerit oportuerit. In futurum autem  
 « nullus ex professoribus alicujus ex ordinibus mendicantium hujusmodi ad aliquem  
 « monasticum ordinem, Cartusienium dumtaxat excepto, possit aut debeat  
 « per quemcumque recipi vel admitti virtute alicujus licencie vel indulti abs-  
 « que sedis ejusdem licencie speciali sub dictis penis. Et nichilominus secus  
 « facta non teneant ipso jure hujusmodi licencie vel indulti, nec non consti-  
 « tutionibus apostolicis et mendicantium ordinum predictorum, etiam si de  
 « his specialis et expressa ac de verbo ad verbum nostris litteris mentione facta  
 « et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo liceat omnino  
 « hanc paginam, nostre Declarationis, Decreti, statuti, prolationis, ac voluntatis  
 « infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare  
 « presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum  
 « eorum ejus se noverit incursurum. Datum, Gelsen. 1111. Kalendas augusti Pon-  
 « tificatus <sup>nostri?</sup> ~~nostris~~ anno primo.

Anno Domini M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>XLVIII<sup>o</sup> (1448) de sancto j. omni horribile monstrum  
 et unctis

et exactis ut puto inauditum, vel invisum fuit quod inferius inseram ut a ser  
 Teronimo De Glavera notario publico habui et hic de verbo ad verbum prosue  
 Nam per pars tertia civitatis Larvisii ex impetu ventorum maximorum  
 corruit. Unde ecclesia sancti Nicolai quia tota fuit devastata et maxime  
 cooperatura ipsius, et libraria quia tota subversa. Mori qui inter fratres et  
 moniales sancti Leonisti omnes unum, huiusmodi fratrum, et major pars  
 domorum, contra<sup>te</sup> sancti Nicolai ruerunt, aut tecta sunt devastata, et sim  
 iliter monasterium, sancte Margarete habuit maximum dampnum, Navis  
 insuper existentes in portu Larvisii omnes fuerunt subverse, et similiter  
 in contrata sancte Fosche quia omnes domus corruerunt. Cooperaturae  
 plumbi turis palatii et ecclesie ex magna parte sunt sublevate et etiam  
 muri civitatis in aliquibus locis cum terribili sunt ruinate<sup>?</sup> et multa alia  
 maximeque mala et dampna fuerunt in dicta civitate que longa esse  
 omnia calamo stringere et hoc hora XX<sup>a</sup> dici fore per quartum, hore dura  
 vit, Nam si moram pertinisset ad spacium unius hore, secundum opini  
 onem multorum, tota civitas fuisset subversa et habitatores interemisset  
 sed Divina gratia suffragante non perierunt in civitate nisi V utriusque  
 sexus. Et quia in die commemorationis beati Pauli hoc accidit, ordinatum  
 est de cetero solemnen, facere diem, cuius patrocinio creditur Dominus  
 misertus fuisse civitati. Unde fuit extimatum, a pluribus Damnum civitatis  
 et deliberatum, quod non fieret quod destructum, est cetera pro Is mille Duca  
 tis, computatis Damnis villarum, quarum domos destruxit arboribus que  
 cerealis et blada que in campis erant interfectis quam pluribus.

Prefati prioris tempore anno videlicet M<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup> XIX = (1419) De mensis  
 marcii Domina Christina relicta quondam ser Pauli de Regulo cancellarii Larvisii  
 reliquit in testamento suo nobis pro constructione supra dicte domus nove habitacionis  
 nostre Ducatos centum. cui conventus concessit amiverso animo. Die . . . . . et cetera  
 fecit participem unius orationis ex his que dicuntur in missis, ut ipse patitur. Itaque  
 Dominus Constantinus De Præfatis nobilis civis Veneciarum, et devotissimus dedit ma  
 nasterio helemosinaliter Ducatos quinquaginta. Huius etiam prioris tempore anno  
 et anno 15

et mense predictis circa horam sextam, ut dicebatur agressus est ignis de palatio  
 Ducis Venetiarum et invasit tectum plumbo copertum beatisimi Moarchi ipsum  
 que irreparabiliter omnino consumpsit, liquifaculo plumbo et lignaminibus adu-  
 -tis. Unde indilate ceperunt de novo constare et asseri <sup>per</sup> interim propter pluvias  
 proinde cooperuerunt ut que ad tempus.

Prior 23<sup>us</sup>. 1419. - D. Teronimus professus majoris Cartusie. - Anno premissis  
 in capitulo videlicet generali de mense maii prefatas prior absolutus est, factus que  
 est prior Luce, et prior Luce videlicet D. Teronimus professus domus Cartusie absolutus  
 inde ad sui magnam instanciam, et prebatur, ad instanciam, tunc conventus domus  
 nostre in ipso capitulo factus est prior hujus domus. Et ego frater Antonius de Grecia  
 dictus de Moaris cum esset vicarius in ipso capitulo factus sum prior licet indignus  
 domus sancte Marie scolæ Dei prope Parmiam, unde compulsi sumus hujus operculi  
 dedi hucusque. Gratias igitur ago Altissimo qui dat omnibus potentibus bona humi-  
 -liter et non impropere; Amen. -

Finis Chronice. -

Nota. - Cette chronique est suivie d'un petit traité intitulé: "Incipit tractatus de  
 esu carniuum compilatus anno 1486, contra detractores cartusiensis Ordinis et pro def-  
 -ensione sancte religionis nostre, in domo hac Montelli." Si on sépare le traité  
 de la chronique - Vint à la fin du premier les réflexions faites par celui qui a  
 été chargé de copier le manuscrit à Venise. - Le traité semble faire suite  
 au traité et être du même auteur. -

Incipit tractatus de esu carniū compillatus anno 1426,  
contra detractores Cartusienſis Ordinis et pro Defenſione ſanctę religionis  
noſtrę in Domo hac Montelli. -

A dextris, me loquel autur qui ſedebant in porta et in me ſis allebant qui ſibi ebant  
vinum, Pſalmo LXXVIII. - Altiffimus Dei filius eccleſie ſanctę ſponſus hiſ verbiſ conqueritur  
De phariſeis legiſ que peritiſ quibſ Datorſ fuerat ſedere in porta regiſ Dei Diſpliter.  
Per auctoritatem, videlicet iudicandi et per quietem, contemplandi. Que porta nimirum, eſt  
ſcientia legiſ et mandatorum, Dei De qua ſcribit celeſtium, contemplator ſis abſaus dicens,  
Hęc porta Domini juſtę intrabunt etc. Huiſ autem, ſcientię vel Doctrinę vinum, indigne bibe-  
- bant ipſi. ſiquidem, Documenta veteriſ teſtamenti vino aptiſſime comparantur eo quod  
pingitſ e fuerunt et pene temporaliſ metũ a carnaliſ quondam, populo ſervabantur,  
Documenta vero nove legiſ ſeu novi teſtamenti lacti non immerito comparantur quo-  
- niam, ſuavitatę gratię et amoris ſervantur juſta illud cantum, primo: Meliora ſunt  
ubera tua vino etc. hiſdem, ergo verbiſ quibſ ſponſus celeſtiſ conqueritur De premiſſiſ  
- ſis et ſponſa ejuſ contuſia de pſeudo regulariſ et ſeculariſ clericis qui ad guſtan-  
- dum Divinę ſapientię ſunt admiſſi Dulcedinem, quoniam, affronteſ non mediocriter  
facti condempnant ſtolide dicentę ſtatim, ejuſ periculoſum, exiſtente quia ſuis languę-  
- tibus in extrema neceſſitate ab ea non, concedantur carnes. Et ex hoc ſatis arguunt  
imperite dicentę quod cartuſienſeſ ex defectu caritatis in tali caſu veluti crudeliſſi-  
- mi fratricide periculorſ, dampnationiſ incurrunt. Per ſic non immerito queruloſ e  
- pedita ſponſa cecinit ubi ſupra. vi. capitulo. Percuſerunt me vulneraverunt me, tal-  
- lerunt michi palium, manus. Percuſerunt me inquit moleſtando, vulneraverunt diffra-  
- mando, lullerunt michi palium, manus, condempnando. Non palium, protegens ab ex-  
- traſciſ algoribus eſt caritas. Hęc enim, eſt illa veſtiſ nuptialiſ quam qui non, habuit  
- merito a regia ſuit excluſus mendax, ſeſc. lxxii. capitulo. - Condempnantur, igitur eter-  
- naliter qui auferunt eam niſi calenter reſipiant a ſiſ liſ oribus. Non enim facilis  
- venia inquit beatus Teronimus proſa dixeſ De rectis. Percuſerunt ergo baculo  
- detractioſiſ. lullerunt palium, unguibus fellaniſ oppinioniſ. Que tamen oppinio  
- lucide intuentibus falſa eſt et prophanę ſopit que hereticam pravitatem, cuiſ  
- eſt in radice ſua fantaſtica et mendosa, et in conſequentibus apparebit.

Quod enim sit falsus declarator, quia quod ac summa fit caritate, non adi-  
nit caritatem, cum ergo in Ordine sancto castasienſi carnes Denegentur  
quibuslibet regule ſubjectis virtute generalis ſtatuti, conſtat quod non fit in  
odium proximi, ſed ſolo amore celeſtis ſponſi, quo ad obſervationem conſtitutionis om-  
nes Caſtaſienſes et ſinguli ſponte ſe obligaverunt. Ridiculum quippe et abuſivum  
eſt dicere, quod aliquis ad talem obſervantiam ſe ſolempniter obligaverit niſi  
amore Dei, ſed illa caritas eſt ſuprema que Deum reſpicit pro objecto. Falsum  
igitur eſt aſſerere. Detractor quod caritati adverſentur predicti Ordinis filii, carnes  
languentibus Denegando cum id ſolum faciant ut præſertur, quod autem ſapiat  
heresim et inde prophana per hoc liquido Declaratur, quoniam, ut habetur ex ſa-  
crorum traditionibus canonicum hereticus eſt qui romane eccleſie adverſatur  
et novum dogma fingit in his que pertinent ad utilem fidelium ſtatum, illi  
que ergo involvitur quicquid predictæ opinionis auctor vel imitator tacite  
vel expreſſe. Conſtat enim quod romana eccleſia que de Ordine ſupradicto tan-  
quam de pulcherrima et gratiſſima filia gloriatur, tolleravit et tollerari  
approbavit et approbat jam annis CCCXIV. ſtatuta ipſius, ut patet in pri-  
vilegiis multorum ſanctorum, ſummorum Pontificum, et ut cæplius pauca  
referam exempli causa. Alexander tertius priori et fratibus Caſtaſie ſcribens  
ait: « Cum ſitis religioni et honeſtati / parente Domino Dediti, et operibus caritatis  
intenti præter commune debitum, vos ſpeciali prerogativa tenemur diligere et  
ſovere, et veſtris ſemper intendere remediſque augmentis. Inde eſt quod nos reli-  
gionem veſtram, que per Dei gratiam circumquaque reddebat odore virtutum,  
volentes de die in diem, ſalubrem et incrementum ſuſcipere, et ad anteriora ſemper  
extendi, ea que capitulum generale Ordinis veſtri provida circumſpectione diſpa-  
ſiſiſit et ordinaverit etc. auctoritate apoſtolica confirmantes. rata et firma  
Decreſimus in poſterum permanere etc. » - Item Dion in alia littera: « Cum  
vos per Dei gratiam, multa præmineatis gloria meritorum, et vitam ſolitaria  
delicatas divine contemplationi <sup>unctis?</sup> <sup>artibus?</sup> intendatis, bonus odor religionis veſtræ  
ad nos inducit, ut v. communi et ſpeciali debito <sup>conſpectu?</sup> veſtræ Debeamus in-  
tendere, et jura veſtra ſummopere conſervare etc. » Quæſtas quoque Alexander  
predicatus

predictas in generali capitulo congregatis scribens ait: « Amittas lumine sicut vest-  
« -mento dei filius Domini noster Theodorus Christus suam sacrosanctam ecclesiam,  
« quia ut videtur illustrasse luminibus, quot in ea constituit gradus et ordines  
« virtutum, insignis et cultas divini studio refulgentes. Inter personas si quidem  
« alias, quas in laudem sui nominis virtus altissimi ab antiquis temporibus usque  
« nunc assumpsisse dinoscitur, illi quia precipue videtur fuisse, qui vestimenta  
« -tatem ordinis sunt professi. Vigiles enim et solliciti ad hoc ipsi studuerunt  
« assidue inveniri, quod et spiritus celestis in eorum conscientia haberet locum,  
« floridum, et christiana religio de ipsorum conversatione angelica sumeret  
« sanctitatis exemplum, sed e apostolica de hoc multitudine, spiritualis leticie  
« sepe sepius consequente ita quod ipsa in eis tanquam in odore agri pleni cui  
« benedixit Dominus sine intermissione delectans eos inter alios ecclesie filios  
« precipue dilectionis amplexibus et gratiosi favoris affluentia confluebat mul-  
« -tis nihilominus de diversitate fidelium ad hoc vacantibus, quod circa reli-  
« -gionem, tam famosam, et celebrem, sincerissime dilectionis effunderent largi-  
« -tatem etc. » - Igitur Dominus scribens eis dicit: « Theodoro virtutum, sicut  
« preclara vestra religio sum, semper astrinxit affectum, quod habetur in cons-  
« -pectu regis et simplicitate et in oculis hominum, gratiosa, ipsa quidem ut  
« columba mitis et humilis et electa Domini specialis, pulchra per totum aspi-  
« -ritur, omnem a se regem, enormitatis abiciens, et maculam deformitatis  
« excludens, vigilantibus illis qui paterne sollicitudinis in ea gerunt officium,  
« quod ibidem, nulle possint viciorum spine suberescere, sed ipsa florum honoris  
« et fructuum honestatis immarcescibili polleat ubertate. Propter hanc enim  
« sancte operationis affectum, magnam ordo vestrorum officia aliam <sup>virtutum</sup> <sup>operationis</sup>, vel  
« correctionis indiguit, sed de ipso aliquibus aliis reformationis beneficiorum  
« beneficium, ex providentia sedis apostolice jam provenit cum itaque nos  
« qui ex huius virtutis oculis spiritus in Deo exaltamus, claris agnoscamus  
« indicis dictum ordinem, esse aliis recte vite speculum, et salutare conser-  
« -vationis exemplum, quod proprie sicut olim, sic et in posterum, ab eis dicitur  
« sunt acat prioribus et fratribus ydoneis, quos vos filii priores Duxeritis Depu-  
« -tandos

to c. 29.

in tandem et a nullo alio visitari possit aut corrigi auctoritate presentium duximus.  
« Statuendum. » — Clemens quoque tertius eidem fratibus scribens ait: « Inter  
« virtutem aromata et sanctorum fragrantiam, stadium, opinionis vestre bal-  
« — samus hinc nobis odore discernitur, que cum se a superioribus institutis am-  
« — Dana separet vanitate, et preclara resplendat meritorium, nobis est amplius  
« honoranda. Providentius quoque diligentius est et cavendum, ne vestram, sanctam,  
« quietem, alicujus improbitas valeat conturbare. » — Clemens insuper 1111  
eidem fratibus scribens in premonio litterarum cum de pulchritudine referat  
ecclesie apparentem, ex varietate religionum, ait: « Ad hanc sane mirabilem  
« pulchritudinem, quam splendet et splenduit quasi quadam varietate circumdata  
« pia mater ecclesia retro actis temporibus adiecit plurimum, ordo vester a  
« suis fundatoribus viris spiritalibus tanquam adept a carne penitus separatis  
« magno pariter et exacto consilio circumcisus, qui ab hominum segregati conser-  
« — tibus, et ad viva subsidia necessaria satis paucis contenti, regularum more  
« — nium sum, in arduis posuerunt, in preceptis silitibus et inaccessis rupibus  
« habitantes, deliciarum ortum, scalantis heremi solitudinem, arbitrii. Ubi lectio-  
« — nibus, orationibus, contemplationi vacantes solitudine de carthe seposita, sub-  
« — sederunt ad pedes Domini cum Maria. »

Hec et his similia immo majora preconia prefati et alii plus quam XII  
viri excellentissimi summi Pontifices ipsum ordinem, mirabiliter extollentes dixe-  
runt, et in sua observantia confirmantes, presertim Dominus Benedictus adimplens  
de ordine Predicatorum, Urbanus secundus et tertius, Innocentius 11<sup>us</sup>, 111<sup>us</sup> et 114<sup>us</sup>,  
Celestinus 111<sup>us</sup>, Honorius 111<sup>us</sup>, Gregorius nonus, et Decimus. Sileo de ceteris  
brevitatis causa. Sed et Dominus Martinus V<sup>us</sup> creatus in concilio Constantiense,  
qui hodie anno videlicet Domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XVI<sup>o</sup> (1426) deoparante in sua ecclesia  
universaliter preest. Anno pontificatus sui primo, 1111<sup>o</sup> kalendas augusti cum esset  
in civitate Gebanensi et statisset sollemni Decreto et nullus de ordine mendicantium,  
cujuscumque status possit se transfere ad ordinem monasticum, enumeratis cunctis  
religionibus monasticis habitis, solum, cartusiensem, excepit ordinem, ad cujus  
ingressum, auctoritate apostolica omnibus liberam facultatem prebat. Horum  
igitur

igitur testimonia cum auctoritate sufficere deberent omni citanti vel detrahenti quibus  
patet quam gratum, et approbatum tenet ecclesia ordinem prelibatum, nutus et foveat  
Et deo qui ipsum improbat et statum ejus, consequenter in hoc adversatur appo-  
sitioni romane ecclesie et ejus censetur adversarius immo dei. Tunc quoque  
taute novum dogma, quoniam supponit quod languidi nequeant interduci a morte  
periculo sine esu carnis, liberari, et deo per consequens docet esse necessarium,  
viti carnis ad vite longitudinem, consequendam, quod est falsum. Antecedens au-  
tem, hujus sequentis controversie radix est tunc opinionis, quam quidem ostendunt  
lucide esse fantastice et mendosam, non solum, considerationes sacrarum scripturarum,  
sed etiam medicinales que solidissimis rationibus innisunt. Sunt enim medicis  
artis peritissimi viri, quod mortis periculum, non timeatur in languido, nisi ex defec-  
tu virtutis vitalis. Illa namque deficiente necesse est ut vita deficiat. Hec autem,  
ut aiunt eleganter ne quid in egris deficere, nisi propter malitiam morbi resolvablem  
eam, vel propter defectum, alimenti conservantis eam, et restaurantis de perditione  
ipsius. Et in utroque caso languens evadit mortis periculum, per abscisionem  
causae prostrantis virtutem, predictam. In primo per medicationem, congruam si-  
pastem, egritudinem, et ejus acerbitationem. In secundo autem per exhibitionem, alimenti  
celeriter confortantis et restaurantis virtute predictam. Hec est tamen, in proposito remedia  
permutare. Nam, ut princeps medicorum, clarissimus Hippocrates ait in regimine acutarum,  
egritudinum, si deficientibus pro puria morbi cibis exhibeatur, suffocationis vel alte-  
rius vexationis gravamine superadito, vixam, coguntur finire celeriter. Deficientibus  
vero propter penuriam, alimenti, si denegetur cibus et medicationi subdantur, expi-  
rant velocius tabefacti. In quibus patet quod eas, carnes ad edendum, non propin-  
tunt nisi pro alimento, constat quod ad liberandum egrum qui timeatur deficere pro mor-  
bi magnitudine non proderunt sed, nocebunt. Deficientium, vero propter alimenti penu-  
riam, si carnes exhibeantur, procul dubio confortabunt virtutem, predictam. Et  
tamen, ad confortandam, et reparandam, virtutem, non est necesse ut cibus carnis,  
magis exhibeatur quam alterius alimenti, quod patet ex eo quod dictum est, scilicet  
quod deficiente propter hanc causam debetur alimentum, velocissime et habundanter  
reparans virtutem deficientem. Talia vero testantur medici, vixam et vitella orarum  
medicantur

mediociter melior, sic probantur quod nihil abundantius et velocissime potest virtutem  
vitalem reparare in corde, ut predicta, et per consequens et articularis unctorum mem-  
brorum, et nihil potest sic velocissime generare spiritus copiosos in membris pre-  
dictis. Tale vero alimentum, est quod in laudabilem, et multum sanguinem, veloci-  
sime a Digestione convertitur quale est illud quod habet qualitates conformes natura-  
liter sanguini, et in sui subiectis paucissimas partes. Ideo habet subiectum  
adeo purum, quod quia tota mutatur in sanguinem. Pre cunctis namque nutrientibus  
habent in his prerogativam hec duo scilicet medicosum, vinum, et maxime aromati-  
cum, et vitella ovorum, ceteris vero aliqua predictarum, conditionum, defectu. Nam,  
si generativa multum sanguinis fuerit, aut non ita, cito in sanguinem, convertentur,  
vel non ita purum, aut e converso. Quia si adeo convertatur in sanguinem, ut  
ita, non tantum erit vel non tam purum. Pro dia quidem, carnum, et carum, succi,  
vel latenter vel apparenter, habundant virtute, superfluumque pabulum, est caloris  
extranei potius quam materia sanguinis puri et <sup>spiritum?</sup> laudabilium. In his ergo est  
manifestum, quod languentibus quibus defectus virtutis vitalis causatur, ab alimentis pe-  
nuria, usus carnum, mortis periculum, ingerit, et vicinis ac securius eis succurritur per  
exhibitionem ovorum et vini quorum carnum. Unde patet et clare quod non est necessa-  
rium carnes ministrare languentibus ad extirpandum periculum. Quapropter appo-  
sitionem ad heresim prophanam, invenit novitatem, aut ex malicia sicut in Dei qui studio-  
se impugnant veritatem, manifestam, propter odium Christi. Similiter et profectioni  
Cartesii invident non erubescunt adversus eam, calumpnias et latentes dare et que  
insanas falsitates adinvenire aut ex concupiscentia, animique languore vel passione.  
Nam passionatus inquit philosophus male judicat de veritate virtutum, moralium,  
sicut in continentibus et quod ut de medio, in quo temperantia consistit, quoniam alium  
de illis dicunt esse temperantiam, ut unus veneris et es carum, ubi procul dubium est  
superfluum. Sic et amatores carnum, pro concupiscentia, ipsarum, languente animo et  
obnubilato <sup>recte</sup> <sup>videre</sup> requaunt de ipsarum effectibus. Quibus profecto evenit sicut  
medico intemperato et stolido qui de ipso facit indifferentes regulas, aliorum et  
ideo que sibi prodesse non erit aut placabit, ceteris medicis, sanis, et ceteris, etiam  
egris testatur, esse salubria, et ad utendum eis oratur tanquam necessarios, vel  
ad regim.

ad regimen sanitatis, vel morbi curationem. Ita et hi ad eversionem, periculi car-  
-nium, cum necessarium, esse languentibus asserunt. Sic et assueti bibere tantum,  
aqua pura, et frigida, constantem affirmant egros absque potu ipsius libere,  
non posse. Tertio vero contingit aliquibus illud asserere pro ignorantia maxime  
physicorum, considerationum, quarum est determinare naturam, et rationem, et  
diversitatem, eorum que possunt vitam, corporalem, sustentare sive protrahere,  
vel periculum ejus recta contrarietate ad suam causam, obsidere sicut patet  
ex distinctione causarum, introductionem defectum, virtutes vitales superius me-  
-morate. Et etiam, ex distinctione virtutum, in primo Avicene quam medicus tradit  
dicens: Quod eorum, quedam est per quam, anhelitas et pulsus exercentur in  
toto corpore, sine qua ne quod in aliqua parte cordis ullus actus vite manifestetur;  
Et deo hanc vocavit absolute vitalem. Alia vero est per quam, exercetur cogni-  
-tio que pertinet animali, sicut sentire ymaginari, existimare et memorari  
propter quod animalium, cognitivam, nominat eam. Alia est etiam per quam  
motus voluntarius exercetur et ideo congrue vocatur animalium, motivam, volunta-  
-rio motu. Considerans igitur sapiens medicus predictarum, virtutum, diversita-  
-tem, rationabiliter distinguit inter confortancia dicens quod ad confortationem,  
virtutis vitales et cognitive plus valent alimenta subtilia et in sanguinem  
pura, facillime convertantur, quoniam ille virtutes perficiunt spiritaliter  
operationes suas multitudine spirituum, laudabilium, qui generantur in sangui-  
-ne puro et temperato. Ad confortationem, vero virtutis motive supradicte  
prosumt amplius cibaria grossa que densum, et tenacem, seu glutinosum, gene-  
-rant sanguinem, quoniam, motus voluntarius proficitur soliditate, seu robore  
nervorum et lacertorum. Sanguis vero densus et tenax membra facit robusta  
et valida quoniam difficultur ab eis per motum, et laborem, humiditas nutriti-  
-mentalis solvitur. Cum igitur respectu vini et vitellorum, tenacem, sanguinem,  
generent carnes constat secundum, hoc quod respectu illorum, et erunt comodiorum  
ad imprimendum, robur membris languentibus propter alimenti penuriam, sed  
ad ea vivificanda illa erunt utiliora. Per hoc enim, maxime detegitur error  
supradictorum. Nam, ut ait Galenus non est necessaria confortatio virtutis  
motive.

motus in egris <sup>cum?</sup> decubantibus, quia medicum indigent operatione ipsius. Et beatus  
inquit Teronimus, christiana sanitas absque viribus nimis necessaria est, qua-  
-propter nec carnes indigent necessario. Patet igitur ex premissis quod asser-  
-tores oppositi predictas Diffinitiones medicorum ignorant. Et ideo sicut igno-  
-rantes nominum quibus utuntur sibi ipsis paralogizant et propriis argum-  
-entis falluntur, cum id quod est necessarium ad confortationem, unius virtu-  
-tis, dicant esse necessarium ad confortationem, vel reparationem, alterius.  
Sicque eorum opinio fantastice deludatur cogitatur, cum sit eis contraria  
Doctrina medicorum, quibus convenit specialiter in hac materia veritate <sup>em?</sup>  
agnoscere; sed et ignari nichilominus Divinarum, merito scripturarum, cen-  
-sendi sunt, quia sententias et Doctrinas salutiferas, sanctorum, contra  
hujusmodi opiniones, delatas minime legisse videntur. Et quibus beatus  
-mus Teronimus hujus vite verbo et opere commendatur in libro 11: contra Teroniam  
De hac materia latissime disputasse dicitur. Ubi multis rationibus et exemplis ostendit  
-dit hujus quod carnes non sunt moribus necessarie in aliquo statu, nec ad salutem  
anime congruas pro qua solummodo hec abstinentia carnum a catholicis  
inviolabiliter observatur. Sit enim in premissis libro: <sup>Ubi aqua et panis sit et cetera</sup> ~~Quinquid supra~~  
his similia ibi mature satisfactum est. Quinquid supra fuerit non ad vite necessitatem  
spectat, sed ad vitium voluptatis. Cito expletur mature necessitas. Frigus et fames sim-  
-plici vestitu et cibo expelli potest. Unde amplius: Habentes victum et vestitum his  
contenti sumus. Grandis exaltatio anime est cum parvo contentus fuerit. Et ne forte  
quis objiciat de solis sanis dictum esse, audi quod de egrotis ibidem dicit: Qui  
egrotat non saltem recipit sanitatem nisi tenui cibo et castigato victu, qua a me-  
-dicis dicta dicitur. Quibus ergo cibis recipitur vel recuperatur sanitas his et  
servari potest. Et infra: Illi inquit arbitrantur carnes sanitati congruas, qui abuti  
volunt libidine, et in ceterum demersi voluptatibus, ad coitum semper exstant. Hec  
ergo Determinatio beatus Teronimi bene debet et potest sufficere utiliter ca-  
-tholico christiano, sed quia prefati latitantes forsitan premissis non acquiescunt  
adhuc latius disputare non gravabit. Et quia querendo et disputando veritas extor-  
-quetur, positis rationibus philosophorum, primo quaerens utrum aliquid ex precepto Divino  
-tenetur

teneatur comedere carnes in sanitate. Secundo dato quod non teneatur in sanitate, utrum ad id solum obligetur in infirmitate. Tertio dato quod adhuc non teneatur ex aliquo precepto divino, utrum, saltem, ad hoc teneatur ex aliquo precepto humano canonico vel civili. Ommitto nunc brevitate causa de lege Agrippas calis dicere ejus transgressor perire debet et de populo judaeorum, juxta divinum mandatum eo quod in ejus figura statutum sive preceptum fuerit, vix aliquis fidelis maxime doctus ignorat. Sed videamus utrum, ex precepto aliquo divino vel humano, teneatur quis comedere carnes in sanitate vel etiam in infirmitate, an licite possit a carnibus abstinere, solum pro carne domanda et refruenda sicut his et aliis pluribus respectibus sunt a sancta ecclesia quadragesima et alia ecclesia jejunia instituta. — Primo igitur insistamus primae questioni huic videlicet utrum, liceat predictis de causis a carnibus abstinere generaliter et in toto. Et videtur quod sic multiplici ratione. Et pro prima ponatur quod totum humanum genus in primora etate quae fuit ante diluvium et duravit duobus milibus annis et ultra a carnibus abstinebant omnino tam in sanitate quam in infirmitate, nec ullus omnino legitur carnes comedis ante diluvium. Unde beatus ait Ieronimus in primo contra Jovinianum: Ab exordio conditionis humane nec carnes vescemur, nec dabamus repudium, nec propinqua nobis eripiebantur in signum. Hoc autem ad diluvium, usque Ieronimus. Post diluvium autem, cum datione legis quae implere nullus potuit carnes ingestas sustinere ad vescendum, et repudii concessa duricia, et cultellus circumcisionis appositus, quia dei manus plura in nobis creaverit quam necesse est. Postquam autem Christus venit in fine temporum et a... reclusit ad alpha, et extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dase permisit, nec circumcidimus, nec comedimus carnes, dicente apostolo: « Bonum est vinum non bibere et carnes non comedere etc. » Videtur tamen manifeste haec abstinentia carnis ex precepto divino in primora etate sumpsisse principium, quando Dominus aliud humano generi assignavit ad cibum, ut habetur genesis primo capitulo dicens: « Ecce dedi vobis omnem herbam virentem et afferentem semen super terram, et universa ligna quae habent in semetipsis sementem generis sui ut sit vobis in escam etc. » Concedendo igitur premissa intelligitur carnes prohibuisse omnino, et alia non concessa secundum illam regulam generalem

generalem, quod de uno conceditur de alio tacendo negatur. De qua habetur extra  
de presumptionibus. Nonne bene dicimus nos etc. tam in glossa ordinaria quae  
in <sup>lectura</sup> testu. Sicut ergo in prima etate omnes ut profertur abstinebant a carnibus  
et nichilominus diutius sine comparatione vivebant quam modo, absurdum  
videtur dicere quod modo carnes sint necessarie hominibus ad vivendum. Quod  
si forte obijciatur naturam humanam post diluvium esse invalidam, et pluribus  
egere ex hoc remediis, ea facilitate contempnitur qua probatur. Natura enim  
speciei humane talis est qualis est ante diluvium, et secundum philosophiam  
et theologiam veram, nec minuitur naturaliter nec augetur. Nam et post dilu-  
vium multe nationes sunt juxta dictam beati Teronimi quae nunquam vescuntur  
carnibus de quibus singulatim referre superfluum arbitror et legenti ferece,  
non modico onerosus. Sed ut exempli causa aliquod referam, Ceremon  
stoyeus, vir eloquentissimus narrat de vita sacerdotum Egypti antiquorum, quod  
omnibus mundi negociis viris quae postpositas semper in templo fuerint, et  
rerum naturalium causas quae ac rationes syderum contemplati sint, nunquam  
mulieribus se commiscuerint, nunquam cognatos et propinquos nec liberos  
quidem viderint, hoc eo tempore quo cepissent Divino cultui Deservire, a carnibus  
et vino semper abstinerint. Pane insuper raro vescabantur ne onerarent sto-  
machum. Oleum tantum in holeribus novebant et ipsum parum propter nau-  
seam, et asperitatem gustus hinc inde. Quod loquitur inquit de volatilibus cum ore  
quoque pro carnibus vitaverint, et lac quorum alterum carnes liquidas alterum  
sanguinem esse dicebant colore mutato? Iosephus quoque in secunda judaica  
captivitate historia, et in octavo decimo antiquitatum ut refert beatus Teronimus  
et contra opinionem duobus voluominibus tria describit dogmata judaeorum  
phariseos, Sadduceos et Essenos. Quorum novissimos <sup>multos</sup> (mullis) effert laudibus,  
quod et uxoris, et vino, et carnibus se semper abstinerint, et cotidianum je-  
junium venterint in naturam. Bardesanes vir babilonius in duo dogmata  
apud Indos, Gymnosophistas dividit quorum unus appellat Bragmanas, alte-  
rum Samaneos. Quae tantum continentia sunt ut vel pomis arborum juxta gan-  
gem fluvium, vel publico origine vel farina alantur cibo, sed et coctis cibis  
abstinere



est in veritate gustantibus. Et si ad tempus exerunt in palpatione, exhibent  
tamen in umbra refrigerium non medicre. Perorsit et fungitur a custodia  
quia severa. Penitentibus et misericors, perfectis que optima. Nam et si sensu  
perungunt quod multiplicis observantia, tamen unguunt. Qui ergo non tolle-  
rat functionem, non percipit retributionem. Omnis namque disciplina inquit  
apostolus in presenti videtur non esse gaudii sed meroris, postea vero fructus  
pacatissimum per eam exercitatis refert justicie. Et sequitur proicit que  
se Helias videlicet obdormivit. Sic et filius quivis custodie proicit se consi-  
deratione sui et obdormit suavitate visionis. Proicit inquam, investigando,  
obdormit contemplando, et refectione pascatur delectabili et dulciori super  
mel et farum. No ore enim angelica visio tangit cum excitans ad bonum  
cooperandum et ad altiora consurgendum. Nam sequitur: Surge, comede  
grandis enim tibi restat via. Helyas igitur pane subinvericio pastus et aqua  
per angelum in fortitudine cibi illius grandem peragere viam, X<sup>ti</sup> diebus et  
X<sup>ti</sup> noctibus ambulavit et pervenit usque ad mortem Dei. Ore  $\phi$  in quo  
divine visionis et celestis abluitionis oraculo est mirifice recreatus, et a  
tedio vite quod prius incurrerat propter quod et mortem petierat divino  
munere sublevatur, sic et nostra custodia triplici densitate alumpnos  
suos pascere pane, oraculo videlicet subinvericio et similitagino de primo  
namque noviter conversos incipientes, de secundo proficientes et sub umbra  
juniperi quiescentes, de tercio in monte contemplationis pervenientes et in  
caelestibus contemplantes pascit. Sed primus habet aliquod asperitatis, secun-  
dus multam humilitatis, tertius plurimum suavitatis. Primus pungit  
aculeis penitentie, secundus cinerem habet dejectionis proprie, tertius vero  
candorem puritatis et innocentie. Ergo in figura omnia contingebant illis.  
De prima panis christus v mille hominum, secundum habuit Helyas in sola-  
cium, tertius de mensa propositionis cedebat in usum sacerdotum. Helyas  
vero dum carnibus percoraret ut premitteretur et suffultus ad terram infide-  
lium, et ydalatrum, est perductus. Quod de Recabitis dicam qui epido in libro  
laudantur regum et in Teramia, quia non precepta divina sed sola paterna

traditione abstinere a vino? Quod tamen magis necessarium est nature  
humane ut supra ostensum est quam carnes. Ideo non denegat omnino filius  
suis carnis moderate cum gratiarum actione <sup>(vinum?)</sup> commendum exceptis diebus  
quibus abstinere sani timentur. Unde et beatus Paulus qui discipulo suo debi-  
-lilitatem stomachi et frequentes infirmitates patienti mandavit quod jam non  
aquam biberet ut solebat sed vino modico uteretur, si judicasset et carnes  
discipulo necessarias ad salutem ita scripsisset sibi de carnibus ut de vino.  
Quod quia non fecit satis declaravit non pari modo carnes infirmis neces-  
-sarias sicut vinum. Unde et ad Romanos scribens infirmis consulens ait: Qui  
infirmus est oleus manducet non dixit carnes. Johannes quoque Baptista prin-  
-cipis anachoritarum, et cartusienus, singularis patronus, non carnes aliunde  
comedisse, sed locustas et mel silvestre describitur in deserto. Quid plura? Chri-  
-stus Dominus noster excepto agno pascale nunquam expresse carnes legitime  
comedisse. Et cum pluries juxta rivum evangeliorum populum mirabiliter  
paverit de pane et de piscibus non de carnibus paverit legit. Et nisi nobis ali-  
-quod per hoc figurasset, cujus actio indubitanter juxta Apostolo <sup>lum</sup> ~~lectum~~ nostram  
est institutio semel carnes saltem populo ministrata et presertim in quibus  
timebatur vitalis virtutis defectio, qui quondam post diluvium probans homi-  
-num avidissimam gulam dedit eis juxta dictum beati Teronimi licentiam non  
preceptum comedendum carniem, et dum sibi intelligerent licere omnia non deside-  
-rarent magnopere quod licebat, nec mandatum in causam verterent presaricatio-  
-nis. Sed et idem Dominus postmodum Israelitico populo murmurante in deserto  
prebuit orthometra juxta illud: Et pluit super illos sicut pulverem, carnes et  
sicut arenam, maris volatilia pennata. Cum ergo jejunasset turba que sequeba-  
-tur Dominum, de quibus ait ipse Matthaei VIII: Misereor super turbam, quia  
ecce jam tri-duo sustinent me nec habent quod manducent. Et aliqui eorum haud  
dubium, erant infirmi et a languoribus variis cupiebant sanari sicut scribitur  
Lucae VI: et Johannis VI: de quibus ait Dominus ubi supra, si dimisero  
eos jejunos in domos suas deficient in via. Patent ex instrumentum, ex opere Domi-  
-ni qui errare non potest, quod ad evitandum in languoribus defectum virtutis mi-  
-nistranda

nantis periculum mortis propter alimentum penuriam non est necessarium carnes admix-  
trare. Blasius de his sequentibus Dominus exemplum erroneum, quod  
rephas est opinari, nec illud moveat lectorem, dictum apostolis: comedite de  
his que apponuntur vobis, quia juxta sanam doctrinam sanctorum, apostoli  
fuerunt per universum orbem<sup>em</sup> detinuti ut a cultura ydolorum revocarent errantes  
et ad fidei catholice unitatem inducerent. Ideo congruebat ut quantum erat  
sine peccato possibile omnium se moribus conformarent et juxta dictum aposto-  
toli omnia omnibus fierent ut omnes lucrifacerent, nec singularitatem in abstin-  
entia ciborum ostenderent et tenera corda carnalis populi tali novitate terrent  
quas tandem fideles factos et solidatos in fide, sanctis et honestis moribus informa-  
rent. Unde et Statutus castalie de novicio loquens ait: Novitius blande leniterque  
maxime tractatus in primis nec a totam subito institutionis asperitate<sup>em</sup> sibi  
conceditur, sed paulatim, et ut ratio vel necessitas postulare videtur. Adveniens  
igitur religione christiana fideles arcum perfectionis exemplo apostolorum, conantes  
arripere, postmodum, relictis urbilibus solitudinem colunt, in quibus fuerunt  
patres in egypto, in thebaide, in bethi, in cellis, in monte vite, viri sanctissimi tan-  
quam heremite de quibus habetur in collationibus patrum, viri siquidem  
summe perfectionis, qui quam omnes generaliter nec in sanitate, nec in infirmitate  
vix oleum, et modicum vinum consentiant accipere sed ut plurimum, recusant  
ita quod de carnibus inter eos questio non fiebat quae etiam rarissime non  
inabant (non habebant?). Nonnulli igitur imitatores fidelissimi affectu castaliensium ordi-  
nis professores inviolabilem servaverunt propositum, atque servant. De aliis que  
Dei adjutorio prece convalescunt infirmi castalie sanies et dicitur vivunt ut ex  
certa experientia novi, quam hi qui carnes uti possunt, quia talis castaliensibus  
consuetudo parva est quodam modo in natura. Nam inter castalienses reperit  
septuagenarios vigores octogenarios ymo et centenarios mente et corpore sanos.  
Hujus ordinis filios intuent beatissimus Bernardus et exultans in gaudis spiritus  
sancti, eis dem fratibus scribens ad montem, Dei sic inter cetera dicit: singulari in  
Domino et gaudere opus quia christiane religionis speciosissima portioque celos  
propinquius tangere videbatur, mortua erat et revivit, perierat de mundo et invenit  
et.

et. Audita auris audiebamus nec credebamus, legebamus in libris et mira-  
bamur de antiqua vite solitaria gloria, et magna in ea gloria Dei, cum  
subito invenimus eam in campis silve in monte Dei, in monte pingui, ubi  
jam de ea pinguescunt speciosa deserti, et exaltatione colles accinguntur.  
Ibi enim post vos se offert omnibus, et in vobis se demonstrat, et ignota  
actenus innotescit, in paucis simplicibus ipso nobis ingerente, <sup>quod</sup> in paucis  
simplicibus totum mundum sibi subiecit, ipso mundo mirante, et infra:  
et nolite ergo timere pusillus grex ait Dominus sed omnino confidite quo-  
niam placuit Deo dare vobis regnum, etc. vestra simplicitas jam multos  
provocat ad emulationem, vestra sufficientia et altissima paupertas jam multorum confudit  
cupiditatem, vestrum secretum jam eorum rerum que tumultum facere videntur, pluribus  
in vestro honorem. et infra: Hec novitas non est antiqua religionis fundata in Christo  
pietate antiqua hereditas ecclesie Dei, a tempore prophetarum premonstrata jamque  
nove gratie sole exorta in Johanne Baptista instaurata et innovata ab ipso Domi-  
no familiarissime celebrata, et ab eius discipulis ipso presentata concupita etc. et infra:  
sileant ergo qui in tenebris de luce judicantes, vos arguent novitates in abundantia male  
voluntatis, ipsi procius arguendi vellestatis et vanitatis, sed et laudatores et detractores  
semper eritis habituri sic Dominus. Laudatores preterite, et bonum quod in vobis amant,  
hoc in eis amate, detractores dissimulate et pro eis orate, si enim ad singula vo-  
lucritas et ad laudatores respondere, vel cum detractoribus litigare tempus perditis cujus  
in proposito sancto non levis jactura est. et infra: ad confirmationem figure  
premitte. dictum illud quondam angeli ad Helian, inferet dicens: Grandis vobis retinet  
via. Altissima est vestra professio, celos transit, <sup>nam</sup> angelis est angelice similis puri-  
tati. Non enim solum novistis omnem sanctitatem, sed omnis sanctitatis perfectio-  
nem, et omnium consummationis finem. Hinc enim verbo beatorum Bernardi videlicet  
(c. 34<sup>2</sup>) novistis omnem sanctitatis perfectionem, addidit et condonat non incassum interpreta-  
tionis ordinis antedicti. secundum, Teronimus<sup>um</sup> enim, et Remigium, in interpretationibus  
nominum brevorum, castus interpretatur perfecta vocatio, vel perfecte vocatus, ya  
id est Deus, vel Dominus seu Dominator, hinc castus id est perfecta vocatio Dei  
vel Domini. quod quidem nomen ipsi ordini non tam humana institutione impositum  
<sup>quam</sup>

quam Divinitus institutam, si quidem, ab origine mundi locus ille castus a nominatus  
a quo fratres primique institutores texerunt nomen, ut etiam ipsa interpretatio nominis  
illius professionis excellenciam, et perfectam, ejus ostenderet sanctitatem, sicut de protopla-  
to quod primis individuis . . . . . secundum proprietatem, ipsi omnes, prima nomina  
designavit. Unde cum, pater noster Bruno cum sociis ad pedem sanctissimi Hugonis  
gratianopolitani episcopi prostermeretur. Devote aperiens Desiderium, Divinitus inspi-  
ratus, sanctusque a celo premonitus in visione VII stellarum, ut patet legentibus  
in origine ordinis prelibati. Scio inquit fratres homines, vestrum a Deo vobis paratum,  
ut deductis illis non sine grandi labore ad locum, ubi dicta stelle steterant in visi-  
one prefata. Ecce inquit locus vester, In quo prima ordinis Domini, ipso sancto  
episcopo adjurante construxerunt et secundum habitum susceperunt. Igitur ut tan-  
dem, juxta consilium, admonentis supra detraكتورes Dissimulemus hoc parca-  
rudi sermone dixisse non temere presumptione sed rogatus a quodam Devoto pro-  
prie pro defensione nostre religionis sufficiat. Cessent igitur jam verba proinde, a  
dumosa impietatis injulibet detraكتورis, nec simplices animas ad gremium  
castusie salubiter concurrentes veneno pariment. Quis potius omni labore postposi-  
to, contendat si potest et ipse capere Dei non mediocre donum, ascendendo videlicet  
ad montem magnum et altum, tante perfectionis, Divino adjutorio implorato, sine  
quo frustra militat quisvis homo, and alterque relicto pueris ut est dictum, sequatur. Ille  
lyon, in deserto nostro florigero, quatenus cum ipso quiescat sub umbra juniperi  
dulciter, donec mereatur angelicos pasci cibo et sumptis viribus ambulare possit  
felicitate usque ad apicem pinguisissimi montis Dei contemplationis celestis videlicet  
et ad visionem beatificam summi Dei. Ad quem vos perducat Christus Ihesus car-  
tasia verus sponsus et rector, Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat  
Deus in secula seculorum; Amen

Pinis

12 sept. 1889 G. Marconi copista paleografo

À la suite de cette copie on a écrit une demi page d'italien dont voici la traduction:  
« Je déclare et j'atteste moi-même que la présente copie en 178 pages, correspond  
à l'original »

- peut exactement avec l'original, par moi extrait et confronté, de la Raccolta  
« Ciogna sous le n° MLXVII (1067) et qui existe au Museo Civico Goner de  
« Venise. C'est un manuscrit du 16<sup>e</sup> siècle écrit sur parchemin avec l'orthographe  
« et les abréviations en usage à cette époque. Sur la couverture aussi un parche-  
« min il y a cette indication: Cronica intorno alli principii della 2<sup>a</sup> Certosa  
« de Montello. (Chronique des commencements de la 2<sup>e</sup> chartreuse de Montello).  
« Cette chronique est attribuée à Antoine de Montois comme cela est indiqué  
« en marge dans l'original, dans cette copie cette indication est rapportée à la  
« page 107. — telle est la vérité, fait d'après la commission du très R<sup>e</sup> Père Luc  
« Brisè religieux de la vénérable ~~famille de~~ chartreuse de Padoua en  
« la province de Bellune. (Venise)

Venise 30 juillet 1889

Stefano Di Rocca

Nota. — J'ai pu exactement cette copie qui a dû être faite par quelqu'un  
qui ne connaît pas le latin. J'en ai corrigé que ce qui était évidemment faux. —  
Certains mots semblent passés, d'autres doivent avoir été mal copiés. — Je l'ai  
reproduite telle. — Comby, dans le 11<sup>e</sup> appendice p. 170, à son tome VI  
a reproduit les 13 premiers chapitres de cette chronique, mais il y a des différences  
avec la copie précédente, parfois il a corrigé, ou retranché, ou augmenté. Peut-  
être avait-il un manuscrit différent de celui qui est conservé à Venise. J'ai  
séparé le traité « De un carnium » de la chronique proprement dite qui s'arrête  
à 1489. mais dans le manuscrit ils sont ensemble et doivent être du même  
auteur qui est bien S. Antoine de Montois, comme il le dit expressément à  
la fin de la dite chronique. —

Chartreuse de Reposoir 8 juin 1891 p. Salomon Battin. —

